secus sit accipiēdū de aq̄s nisi tm̄ in
pte hoc est de aq̄s fluminu3 q̄ dulcia
sunt in q̄b⁹ solet rigari supficies t̄re.
Nimiꝝ q2 aque mariū aut infideles
hoies aut mūdanos designāt: vtiq3
⁊ pisces siue aues nō oēs in gn̄e mū
di sunt b3 legē. S3 alij mundi sunt ⁊ Gen. 7.
alij imūdi. Quia igiē ex eo tpe cepūt
vellent nollent filij israel cohitare gē
tilib⁹ ⁊ gētes cū eis. Ita vt nōnlli gē

tiliū addiſceret ēt legē dei:ſicuti illi q
miſſi ſunt in ſamariā a rege aſſyrioꝝ
nō immerito de cōmiſſis illis hoīum
gnatiōib⁹ dcm̄ eſt/vt ꝓducerēt aq̄ pi-
ſces ⁊ volatilia pēnata. Quia ⁊ nōnl'
li ꝓceſſerūt ex eis q itēderēt doctrine
4ⁱ regū 18.22.
maxᵉ ad mādatū ezechie ⁊ ioſie regū
iuda ⁊ ad correctionē ꝓphetaꝝ/⁊ nō
nulli ꝓphetico repleti ſpū ac ſi qbuſ-
dā pēnis aſſūptis alti⁹ ꝑceteris mor
talib⁹ ad excelſa volarent. Notādū
ꝟo ꝙ i prio loco noīauit cete grādia
que ſignificant reges ipſos gētiles q
regnauerunt ſup ppl'm iſrael. Nimi-
rum qꝛ vt in ꝑ tpe prefuerunt illi po
pulo patriarche. 2° Judices. 3° ⁊ 4° re
ges iſrael ⁊ reges iuda. Ita vt in qn
to tpe diuino ꝑmittēte iudicio reges
gētium dn̄ati ſunt eoꝝ. Incipientes
venerari quomōcūqꝫ deum celi queꝫ
coluerat idē ppl's a pricipio imo quē
deſpexerant ipſi ⁊ maiores eoꝝ. Igi
tur in piſcibus maris nō ſolū iudei q
erant in captiuitatē manētes iter gē
tes ifideles ac ſi in viſcerib⁹ ſeui ma
Eſdr. ꝑ c.1.2ⁱ para. vlti°
ris deſignati ſunt. Ue etiā ⁊ ipſi gē
tiles/qui ꝓuocati mirabilibus que fe
cit deus in babylone cōpulſi ſunt co
lere deū celi. Cap. 8ᵐ.

De 6ᵃ die. Ge.1.c.

Dixit quoqꝫ deus: ꝓducat
terra aīam viuētem in gn̄e
ſuo. Jumēta ⁊ reptilia ⁊ be
ſtias terre ꝺm ſpecies ſuas
factūqꝫ eſt ita ⁊ fecit deus beſtias ter
re iuxta ſpēs ſuas iumēta ⁊ oē repti-
le terre i gn̄e ſuo. Et vidit de⁹ ꝙ eēt
bonū ⁊ ait: faciamus hoiem ad ima
ginē ⁊ ſilitudinē nr̄am ⁊ ꝑſit piſcib⁹
maris ⁊ volatilibus celi ⁊ beſtijs vni
uerſe terre. Et creauit deus hoieꝫ ad
imaginē ⁊ ſilitudinē ſuā: ad imaginē
dei creauit illuꝫ: maſculū ⁊ feminam
creauit eos bn̄dixitqꝫ illis ⁊ ait. Cre
ſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete ter-
rā ⁊ ſubijcite eā ⁊ dn̄amini piſcibus
maris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuerſis
aiantib⁹ q̄ mouenť ſup terrā. Notan
dum qꝛ qd̄ diſtat iter volatilia ⁊ pi-
ſces maris hoc diſtat iter piſces ma-
ris ⁊ beſtias terre: qꝛ terra iferior ele
mētū eſt: ⁊ ꝑtinet ad illos qui bruta
ſunt corde ⁊ de his q̄ dei ſūt nihil ad
eos ꝑtinet. Uerūtn̄ qꝛ hūilia reſpicit
de⁹ nō deeſt bōa ſigtio in qbuſdā aia
lib⁹ tre maxᵉ in illis q̄ accepta fiebāt i
ſacrificio/ſic ſūt oues ⁊ boues ⁊ hys
ſilia/ſꝫ ⁊ aſini ⁊ cameli i bonā pn̄t re
cipi ſigtionem qꝛ onera dn̄oꝝ ſuoꝝ.
Signt āt vniuerſa hec aialia hūiles
⁊ getos ⁊ trementes ꝟba dei: ſiqdē ⁊
ipa timēt ꝟgā dn̄i ſui: nā ⁊ eq ſi man
ſueti ſūt ⁊ pacifici ſignt illos nobiles
⁊ potētes q ꝯtēpta nobilitate ſua hre
ſe deū recogſcūt i celo ⁊ obtēpāt in-
quātū pn̄t ꝑceptis ⁊ mādatis ipi⁹: lꝫ
ģ iter aues ⁊ piſces ⁊ aialia tre mul-
ta ſit dria. Cū ꝯſtet ꝙ i illis ſigti ſūt ſa
piētes ⁊ prudētes: i iſtis ſimplices ⁊
idiote: ſatis tn̄ ē ꝙ ipſi i deū credūt ⁊
deū timēt ⁊ nō ſunt ſeq̄ſtrati a nūero
electoꝝ dei. Talis fuit inerudita illa
Eſd. ꝑ. c.1.⁊.2.
plebs iudeoꝝ q̄ reuerſa fuit i hierl'm
poſt ꝑſecutionē babylōis eo ꝙ neſci
ret mādata dei ſic pri⁹ cū adhuc filij
dauid regnarēt i ciuitatib⁹ iuđ ⁊ ſacer
dotes ⁊ ꝓphete docerēt ppl'ꝫ i tēplo
dn̄i ſic ꝑcepat moyſes. Nimiꝝ qꝛ ad
uſtis libris ⁊ teſtō ⁊ᵗ tēplo nō licebat
ſacerdotib⁹ ⁊ ꝓphetis q erāt i baby-
lone ꝯgregaŕ libē ſynagogā ad audi
enda ꝟba dei: q̄ꝫtū ⁊ ſi liceret libros
q̄s legēt nō hēbāt: pp̄ h̄ ģ fideles iu-
deoꝝ q collecti ſūt eo tpe i vrbib⁹ iu
da/nō hn̄tes pēnas ſcripturaꝝ qb⁹ le
uarēť i altū imitari treſtria aialia po-
ti⁹ q̄ꝫ celeſtia viſi ſūt. Creauit ēt eo tē
pore de⁹ reptilia ⁊ beſtias tre: haud
dub'ᵐ ꝙ ꝓ pctis hoiuꝫ ipioꝝ qꝛ ⁊ ſecte
hēticoꝝ orte ſunt in ſamaria iſidian
in libro Judith hester ⁊ macca.
tiū iudeis. i. regna terribilia valde i-
ter q̄ aſſyrioꝝ ⁊ macedonuꝫ q̄ꝝ fero
citas ⁊ po' accēſa ē ꝯ iudeos/vt eos

penitus delerent de terra: qd̄ ⁊ fecissent absq3 mora nisi eis diuina miseratio celerius affuisset. Dicit autem deus creasse reptilia ⁊ bestias terre/ q2 sine eius iusta pmissiōe nec mala nec bona esse possunt in mundo nec sine ei⁹ iusto iudicio q facit vt ait apo-
ad eph. p. stolus omnia ꝑm cōsilium volūtatis sue. Cōpletis aūt deus vniuersis opibus suprascriptis videns inquit ꝙ esset bonū adiecit ⁊ ait. faciamus hominē ad imaginē ⁊ silitudinē nr̄a3. Qua in re notādū ē ꝙ in singlis diebus vniformia opa vel saltiz similia creata sunt: vtpote lux celū ligna fructifera ⁊ herbe: sol ⁊ luna ⁊ stelle pisces ⁊ aues. In 6° v̄o die postq̄ȝ fecit iumenta ⁊ bestias terre fecit etiā hominē ad imaginē ⁊ similitudinē suā qui preesset piscibus maris ⁊ volatilibus celi/ necnō ⁊ bestijs vniuerseq3 terre: vt patenter daretur intelligi ꝙ hoc vnū opus singulare segregatu3 esset ab omnibus illis ⁊ prelatū gloria ⁊ dignitate/ Cui magis ascribenda sit iustitie nouitas q̄ȝ peccati vetustas. Ipse est nouus homo chr̄s iesus cū corpore suo/ qd̄ est ecclesia de quo ⁊ ꝑpter quē dicit scriptura. Et creauit deus hominē ad imaginē ⁊
Gen̄. 1. similitudinē suā: ad imaginē dei creauit illū masculu3 ⁊ feminam creauit eos. Ipse inquā est nouus hō qui filius hois dictus est de quo in ps. 8° per psalmista3 dicit. Quis est homo ꝙ memor es eius: aut filius hois q2 visitas eū. Minuisti eū paulo min⁹ ab angelis tuis dn̄e gloria ⁊ honore coronasti eū/ ⁊ cōstituisti eū sup opa manuū tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues ⁊ boues vniuersas insup ⁊ pecora campi. Volucres celi ⁊ pisces maris qui pambulāt semitas maris: ipse solus subiugat sibi oia qui solus potēs est ad debellandas terrenas ⁊ aereas ptātes vt sit dn̄s omniū qui oia cum pr̄e creauit: deniq3 semē eor̄ hoc est chr̄i ⁊ ecclie multiplicatū est nimis ⁊ repleuerūt terrā ⁊ subiecerūt eam/ ⁊ dominati sunt oibus qui significati sunt in piscibus maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ vniuersis animātibus terre/ Maxime ex eo tpe quo romanus impator inclinauit ceruicē suā sub iugo chr̄i: ⁊ tradidit ecclesie romane corōnā imperialis dignitatis vt ipsa eēt dn̄a ⁊ regina cūctorū. Et hec quidem ita. ¶ Sed q2 per tres suprascriptos stat⁹ mūdi mysteria septē dier̄ assignare decreuimus/ nō erit absurdū accipere hic vice chr̄i magnū illū regem artaxerses qui regnauit sup. c. ⁊. 27. Hester. 16. c.
prouintias: ⁊ vice ecclesie hester reginā ꝑsertim cum in horum cōiugio cōtineat sollēniter magnū illud mysteriū chr̄i ⁊ ecclesie de quo scriptum est in li⁹ psalmor̄: astitit regina a dextris tuis. ps. 44
quatenus reliquū tp̄s vsq3 ad chr̄m reputetur in sabbatū. Nimirum q2 in ipso cessauerūt hystorie: ⁊ acceperunt silentium preconia prophetarū. Quod aūt sequitur dixitq3 deus. Ecce dedi vobis oēm herbam afferentē semē super terrā ⁊ vniuersa linga q̄ hn̄t in semetipsis sementē generis sui ⁊ sint vobis in escā ⁊ cūctis animantibus terre/ omni volucri celi ⁊ vniuersis q̄ mouet in terra ⁊ in quibus ē anima viuēs/ vt hēant Gen̄. 1.
ad vescēdū: de duplici specie doctrie accipiendū est. Sicut enim superius cū ageret de opib⁹ tertij diei/ l3 moyses dedisset lege3 filijs israel/ vsq3 tn̄ ad samuelē ⁊ dauid ꝑualētibus hostibus cōtra eos/ Et q2 nec dū edificata erat hierl'm ⁊ tēplū de filijs israel hoies erāt rusticani nesciētes legē ⁊ mād ata q̄ dederat dn̄s moysi: vnde ⁊ de filijs heli dicit scriptura. porro filij heli filij belial nescientes deum p̄i Reg. 2. c.
neq3 officiū sacerdotu3 ad populū: s3

quicūq3

quicūq̄ʒ imolasset victimā veniebat
puer sacerdotis dū coquerentur car
nes ⁊ habebat fuscinulaʒ tridētē in
manu sua/⁊ mittebat eā in lebetē/⁊
oē qđ leuabat fuscinula tollebat sa-
cerdos sibi. Qđ si illi nesciebāt deuʒ
qui erāt filij sūmi sacerdotis/ quāto
minꝰ alij qui vix semel in anno ascē
debāt ad tabernaculū adorare deū?
p̄i Reg. Ubi autē creuit samuel cepit docere
7.16. populū legē dn̄i ⁊ exinde dauid, quē
p̄i para. ipse vnxit in regē qui ⁊ diuisit officia
16. leuitaꝝ.vt cōfiterent dn̄o/⁊ docerēt
populū legē dei:atq̄ʒ ex hoc iaʒ cepit
populus iuda eē herba virēs hn̄s se
men v̄bi dei in semetipso/quo posset
propagari in filijs ⁊ nepotibus vsq̄ʒ
p̄s.77. ad christū sicut dicit i p̄s. attēdi:e po
pule meus legē meā. Inclinate aurē
vestrā in v̄ba oris mei:apiaʒ in para
bolis os meū:apiā ꝓpositiōes ab ini
tio:quāta audiuimus ⁊ cognouimꝰ
ea ⁊ pr̄es nr̄i narrauerūt nobis. Nō
sunt occultata a filijs eoꝝ in gn̄atiōe
altera. Ecce quo ordine herba virēs
habuit semē in semetipsa. Ecce quō
tribubꝰ decidētibꝰ a statu suo semen
bonū herbe virētis ꝓpagatū ē vsq̄ʒ
ad tp̄s gētiliū/vt eēt in vsuʒ ⁊ i cibū
vniuersis aiantibus terre. Sed ⁊ li-
gna pomifera orta sūt ex eadē terra.
cuius poma vsq̄ʒ hodie hn̄t in vsum
sicuti sunt psalmi quos cōposuit da-
uid ⁊ socij eius:libri salomōis ⁊ si qđ
simile:distat aūt inter herbā ⁊ ligna
qr herba cito arescit ⁊ deficit ⁊ tamē
semē eius relinquet in vsu:ligna aūt
manēt eadē ⁊ singulis annis ꝑferūt
fructum suum. Sic ⁊ v̄ba hystorica
moysi iosue ⁊ iudicū samuelis regū
⁊ palipomenon ac si quedā herbe in
cordibꝰ carnalis popull veluti n̄ālit
posuerūt radicē. Qui tamē vbi venit
tp̄s maturitatis vt ducant ad aream
separ mox a paleis lr̄e fructꝰ itelligē
tie spūalis:⁊ ipse quidē spūalis factꝰ
reseruat in horreo: herba v̄o lr̄e q̄ le
uis est redacta in puluerē euanescit.
Sane psalmi dauid ⁊ libri salomōis
nō ita:sʒ lʒ accipiat ex eis fructꝰ itelli
gētie spūalis ipsi tn̄ ꝑʒ maiorē sui ꝑtē
iuxta id qđ scriptū est ad lr̄aʒ vtiliter
perseuerāt:qr ⁊ ꝑm intelligētiā spūs
pascūt esuriētes:⁊ ꝑm ipsaʒ lr̄aʒ obū
brant fugiētibus escā:vt si verbi gr̄a
psalmū primū in quo dicit. Beatus
vir qui nō abijt in ꝯsilio ipioꝝ ⁊c̄. di-
cat qs referēdū ad chr̄m audiendus
sit.⁊ si dicat referēdū ad quēlibet vi-
rum iustū veꝝ dicit/qr nō est aliqua
diuersitas inter caput ⁊ mēbra/vbi
aūt dixit Moyses nō arabis i boue Deu.25
⁊ asino sicut prudētis viri est ibi req-
rere spiritualē intellectum ita stulti ⁊
fatui tenere ibi lr̄e seruitutē. Non est p̄ad co
enim cure deo de boue ⁊ asino: sʒ de rin.9.
eo qđ in boue ⁊ asino designat. Uerꝝ
hoc exēpli cā. ceteꝝ qđ spectat ad su-
prascripta/⁊ si nec dū homines illiꝰ
tēporis sufficiētes erāt ad discernen
dū inter lr̄am ⁊ spūm:nihilominꝰ tn̄
legētes ⁊ audiētes pascebat in fide.
Sicut ⁊ nōnulli chr̄ianoruʒ: quāuis
qr homines quibus hic dicit nondū
erant creati quādo ista creata sūt/ne
quaquā vsus ipse herbarū ⁊ pomoꝝ
ad sex tēpora iudeorū referendus sit
sed potius ad tēpora que secuta sūt.

Cap. 9m.

IGitur ꝑfecti sunt celi ⁊ terra ⁊ Gen. 2.
oīs ornatus eorū. Compleuitq̄ʒ
deꝰ die 7° opus suū qđ fecerat
⁊ requieuit die 7° ab vniuerso
opere qđ patrarat ⁊ bn̄dixit diei 7° ⁊
sanctificauit illū/qr in ip̄o cessauerat
ab vniuerso opere suo qđ creauit deꝰ
vt faceret. Notādū ꝙ in capite libri
scripsit celum singulari numero/simi
liter ⁊ in die scđo. Nunc autem dici-
tur igitur perfecti sunt celi ⁊ terra:vt
q̄si duos celos se superius scripsisset
demonstret. perfecti sunt autem celi

⁊ terra ⁊ omnis ornatus i eorũ/iuxta eum intellectũ quẽ hactenus prosecuti sumus. Et post nimium laborez sexti temporis secutũ est tempus se-
Ps.73. ptimum. Juxta hunc intellectum ex
Eze.22 eo tempore quo desijt esse propheta in israel: vt sabbatiçãtibus qui seminauerant in lachrymis daretur quo ad hoc quoddam ocium populo dei quousqꝫ veniret tẽpus in quo ait sal-
Joã.4. uator discipulis suis. Ego vos misi metere qđ vos nõ seminastis/alij laborauerunt: ⁊ vos in labores eorũ ingressi estis. Hec de primo intellectu breuiter dicta assignata sunt quo quo modo i cortice exteriori: qr nec dum peruenimus ad testam nucis/ nec dum ad tenuissimam cutem que nucleo iuncta est. Sed tñ grossiora ⁊ exteriora perspeximus. Jn multis sane rebus inuenitur imago ista terni velanimis corij vꝫ teste ac tenuissime cutis. Et in eis istorum intellectuum similitudo manet. Qui ergo vidimus de primo necesse est vt transeamus ad secundum. Cap.10.

2° itellectus
Geñ.1.
pͣ die supra li° 2° tra.1. c.4.
In principio creauit deus celuꝫ ⁊ terram: terra aũt erat inanis ⁊ vacua ⁊ tenebre erant super facieꝫ abyssi. Sicut initiatio primi status fuit ad adam ⁊ peruenim⁹ vsqꝫ ad chr̃m. Jta in 2° incipiendum est ab oçia ⁊ veniendũ vsqꝫ ad tempus plenitudinis gentium. Jn principio inquit creauit deus celuꝫ ⁊ terram. Principiuꝫ vocat deus vetus testamentum in quo iactatuꝫ est fundamentũ testamenti noui. Neqꝫ eni vbiqꝫ principium pro initio seculi accipiendum est: sed pro initio illorum temporum aut dierũ de quibus agitur. Non enim ab initio seculi fuerũt apostoli cum chr̃o de quibus dicitur Et vos testimoniũ perhibebitis: qr ab initio mecũ estis. nec de predesti-
ioã.15. natione aut potestate eius occulta accipiendum est: sed de initio predicationis sue postquã regressus est a iordane. Jn hoc itaqꝫ principio creauit deus celum ⁊ terram: qr aliquos elegit ex omni multitudine filiorum dei ⁊ adiunxit illos abrae isaac ⁊ iacob vt essent reuera quasi celum respectu aliorum: eo ꝙ non terrenam patriam: sed celesteꝫ inquirerent. Cetera vͦ multitudo reputata est quasi terra: qr terrenis inhiabat ⁊ in terrenis gaudebat. Erat ergo terra ianis ⁊ vacua. Jnanis a gratia: vacua a iustitia ⁊ veritate. Neminem enim ad pfectuꝫ adduxit lex. Tenebre quoqꝫ erant super facieꝫ abyssi: qr populus gentium qui erat infidelis ⁊ cecus a natiuitate sua nesciebat deum veruꝫ ⁊ legem eius: sed erant ignorantes super facieꝫ cordis: ita vt nesciret ad dexteram vel sinistram. Uerũtamen spiritus domini ferebaẗ sup aquas. Quia gratia illa que fuit cum iacob spirabat super gentes per ora pphetarum annũtians ⁊ predicens repositum esse gentibus tempus lucis sicut ex voce paterna eidẽ vere luci dictum est/posui te in lucem gentium/ Jsa.42
vt sis salus mea vsqꝫ ad extremum 49.
terre. vnde ⁊ cũ ipsa vera lux in typo populi gentilis cecũ a natiuitate sua vellet illuminare ait iter cetera discipulis suis. Me oportet operari opa Joã.9.
eius qui misit me donec dies est: venit nox qñ nemo poterit opari. Quã diu in mũdo suꝫ lux sum mũdi. si aũt chr̃s lux mũdi est agnoscamus de eo in spiritu dixisse deũ prẽm fiat lux: de quo ⁊ per ioãnem dictũ est. Erat lux Joã.1.
vera q̃ illuminat oẽm hoiem veniẽtem in hũc mũdũ. facta vͦ esse diciẗ ꝑm humanitatẽ ppter illud qđ sequtur: verbum caro factum est: ⁊ habi- ibidem
tauit in nobis. Quẽ eni in sue maiestatis gl'iã videř nõ poteram⁹ fact⁹ ẽ nobis hõ ex tpe vt eẽt lux visibilis.

Quia

Quia verus hō ꝛ iacētē in tenebris
ꝛ i vmbra mortis gētilē populū illu
straret sicut de eo isaias lōge añ ꝑdi-
Isa.9. xerat:populus gētiū q sedebat i tene
bris:vidit lucē magnā habitantibus
in regione vmbre mortis lux orta est
eis. Appellatū ꝟo chꝛīz diē nō solū ex
pñti loco verū etiā ex euāgelio noui-
mus. Qui qdē volēs se diē/aplos ꝟo
itelligi horas. Cū ei ne iret hierosoly
Joā.11 maꝫ dissuadēdo crederēt ait:nescitis
qꝛ 12^m sunt hore diei? Qui ambulat
in die non offendit. Ergo apl'i quos
nominauit horas ꝑticipes facti eius
dē lucis in ipsa ꝑmi diei oꝑatione ac
cipiēdi sunt. Ex eiusdem nāqꝫ lucis
matt.5. ore audire meruerunt. Uos estis lux
mūdi. Prim⁹ nāqꝫ dies seculi ipse ē
qui dominicus dies appellaꝛ in cui⁹
similitudinis specie 12^m sibi dñs co-
pulauit apl'os qui se vt hore dieꝫ in
ps.18. lucis opibus sequerenꝛ. Igiꝛ ꝛ chꝛs
lux ꝛ apl'i lux in chꝛo: chꝛs dies cui
dies ver⁹ loquiꝛ eructuat ꝟbū. Qui
immo oēs fideles dies eē ceperūt:qꝛ
ad eph. 5. lux in dño. Tenebre aūt q̄ ꝛ nox oēs
infideles oēs qui dilexerūt tenebras
Joā.3. magis q̄ꝫ lucē. facta est aūt diuisio in
ter fideles ꝛ īfideles in baptismatis
sacro:qꝛ nemo pōt adiūgi chꝛo ꝛ ec-
ibidem clesie sue qui nō est baptiꝫat⁹ i chꝛo.
Joā.8. dictus est aūt chꝛs lux:qꝛ ipse est sa-
piētia dei. dicti sūt ꝛ apl'i:qꝛ ꝛ ab ipa
vera luce acceperūt vt eēnt lux mū-
di ad annūtiādū mūdo euangelium
Euāgeliū ē lux dei. Nēpe ꝛ euāgeliū ipsuꝫ lux est:qꝛ
verbum dei:qꝛ per ipsum illuminate
sunt gentes ꝛ erepte sunt a tenebris
ignorantie sue. Cap.11^m.

Dixit quoqꝫ deus:fiat firma
mentū in medio aquarū ꝛ
2ª die diuidat aquas ab aqs. Et
Geñ.1. fecit deus firmamētū:diui
sitqꝫ aquas que erāt sub firmamēto
ab hijs que erāt sup firmamentum ꝛ
factum est ita. Uocauitqꝫ de⁹ firma-
mentū celū ꝛ factū est vespere ꝛ ma
ne dies scds. Scdo tpe eccl'ie factuꝫ
est firmamētū i medio aquaꝝ. Firma
mentū est ecclia petri qui spāliter as-
sumpta cruce secutus est chꝛm. Est
enim ecclia ipsa supra petrā q̄ chꝛs ē
singulariter ab ipso fundata dicente
eodē dño eideꝫ petro. tu es petrus ꝛ
sup hanc petrā edificabo eccliā meā mat.16
ꝛ porte inferi nō ꝑualebūt aduersus
eā. hoc aūt firmamētū qd ꝛ celū dem
est in medio aquaꝝ hoc est in medio
nationū fundatū est:qꝛ aque multe:
vt ait angelus Joāni sunt ppl'i multi
dictū est aūt firm amētū ꝑpter tole- Apo.17
rantiā passionū quas sustinuit idem
petrus cū ceteris militib⁹ chꝛi. nimi-
rū:qꝛ nec cōfusi lapidib⁹ nec ferro ex
parte aliqua cōcisi flecti aut concuti
potuerunt:fundati enim erant supra
petram. Et qꝛ ex eisdem populis qui
aque mystice dicti sunt ad fidē cōuer
si in sinu firmamenti huius assumpti
sunt sublimādi quādoqꝫ in illam ce-
lestem ciuitatem que est mater credē
tiuꝫ:diuisi sunt ab eis qui fidē dñi nō
habebāt:merito dictū est de eodē fir
mamento : ꝛ diuidat aquas ab aqs.
Aquas eni ab aqs firmamētū diuisit
qꝛ fideles ab infidelib⁹ mater ecclia
segregauit:alios q̄si filios recipiens
in vlnis suis:alios q̄si spurios extra
sinū relinquēs. Nam ꝛ si cōfusio ad-
huc plebib⁹ ꝛ vbiqꝫ cōmixtis simul
in vna vrbe vel vna domo pagani fi
delesqꝫ manerent:fides tamen petri
ꝛ ecclesie inter vtrunqꝫ populum di-
stinguebat. Appellata est ergo ecclia
petri que fandata est celum ꝛ firma-
mētum:qꝛ ꝛ omniū aliarū ecclesiaꝝ
refugium facta est:ꝛ vt preclara celi
sidera ifixos in se tenet electos. Fru
stra se enim aliquis iactitat in chꝛo
manere qui ab huius firmamēti gra
tia ꝛ a cōmunione discedit.

Cap.12^m.

3ᵃ die Dixit quoqꝫ deus. Congregétur aque oēs que sub celo sunt in locum vnū ꝛ appareat arida./ appellauitqꝫ deus aridā terrā: ꝯgregationesqꝫ aq̄rum appellauit maria. Tertio die cō gregate sunt aque que sub celo erāt Cōstantinum in locū vnū ꝛ apparuit arida. Quia tertio tpe ecclie per romanū ꝑncipē cōuersum ad deū īfideles a fidelib⁹ separati sunt ꝛ instar maris occeani in circuitu collectis: ecclesia vo i modū terre libera in pace ꝑmansit. Atqꝫ ex hoc iā cepit germinare herbā virētem lignū pomifeꝝ iuxta genus suū. Ex quo enim ꝑ ꝯstātinū data est pax ecclesie christi: inoleuit in ecclia dei vt oēs christianoꝝ filij sollēniter baptiçati īstituerent a christianis ꝛ docerent attētius verba dei q̄tenus haberent in semetipsis semen verbi qđ posset i alijs propagari. Protulit vo preter hos ligna pomifera facientia fructū doctores vꝫ orthodoxoꝝ ꝛ viros eruditos q fcti q̄si ligna que plātata sunt secus decursus aquaꝝ ꝯderunt fructum in tpe suo: deniqꝫ vt ꝑ- Ps.1. termittā ceterosquoꝝ noia nō adeo clara sunt/ sub eodē tertio tēpore ꝛ ꝑpe simul: Hylarius/ Ambrosi⁹/ hieronymus/ Augustin⁹/ ꝛ Joānes chrysostomus claruerūt in verbo dei q̄rū semia in toto orbe diffusa quot mala hoīum pauerunt ꝛ adhuc pascāt ei⁹ est agnoscere qui nouit oia anteq̄ꝫ fiant. Transeamus ad diē 4ᵐ ꝛ de eo vel paꝝ aliqd eloquamur. Cap.13ᵐ. (quo tpe vid cro. archiepi flor.)

4ᵃ die. Quarto die dixit de⁹ vt fierent luminaria in firmamēto celi ꝛ preessent diei ac nocti ꝛ diuiderent iter lucē ꝛ tenebras ꝛ eēnt in signa ꝛ tpa ꝛ dies ꝛ annos. Et in quarta parte apocalypsis scriptū est: apparuisse signū magnū i celo/ ml'ierem amictam sole ꝛ lunā sub pedib⁹ ꝛ in capite eius coronaꝫ stellaꝝ 12ᵐ. Designatur aūt in claritate solis vita cōtemplatiua que ꝑtinet ꝑprie ad anachoritas: in luce lune vita actiua que ꝑtinet ad cenobitas: in stellis ꝑprietates virtutū que faciebant singulos habitare in ꝑprijs cellis antiquos monachos ob ꝑprietatē donorum dicente aplo. Unusqsqꝫ ꝑprium donū hēt ex deo: ali⁹ qdē sic: alius āt sic. Uerūtn̄ ꝓm plus ꝛ minus dicim⁹ hoc in sole hoc in luna hoc aūt i stellis: alias āt totū qđ celestū est ꝑtinet ad vitā cōtēplatiuā que maxie quarto tpe claruit in ecclia christi ml'tiplicatis i heremis castris dei. Quāuis sub eodē quarto tpe ꝑficiendo decreuerit/ qr ꝛ herba tūc magis ꝑficit cū appropinquat ad messem: nēpe ꝛ tēpus eius nō tā illud esse dicit in quo incipit q̄ꝫ illud in quo pacta messiōe grana per triturā separant a paleis. Sic ꝛ ordines iustoꝝ ꝑpria ꝛ spālia tēpora accepisse fatemur/ nō tn̄ qb⁹ i ceperunt: sed in qbus ad cōsūmationeꝫ ꝛ ꝑfectionē venerunt. Quod āt diximus ordinē quartū qui est heremitaꝝ ꝛ virginū ꝑficiendo defecisse timēduꝫ est potius q̄ꝫ dicendū: eteni apta ꝑfectō gliationē ꝑit/ gliatio exultationē: exultationeꝫ vo comitat ruina. Quia scriptū ē: añ ruinā exaltat cor. Igit ordo iste quartus qui designatur in sideribus celi q̄rto qdem tpe claruit sed mox defecit/ nō qdeꝫ in se qui ꝑseuerat vsqꝫ in finē: sed in illa claritate ꝛ in illis locis in qb⁹ visus est floruisse ad horam haud dubiū/ q̄ ꝑpter malitiam inhabitantiū in ipsis. Igitur in sole ꝛ luna ꝛ stellis ecclesia cōtemplatiua designat ꝛ illa vtiqꝫ ecclesia que designat in muliere amicta sole ꝛ de qua scriptū est in cāticis canticoꝝ. Que est ista que ꝑgredit quasi aurora cōsurgens/ pulchra vt luna/ electa vt sol/ terribil' vt castrorum

Margin notes: Apo. 12 — ꝑ⁹ad corin.7. — Exultatio cum ruina prouerbi.16. — Cāti.6.

castrorū3 acies ordinata. Quo eteni
modo? qr tria q̄dā genera monacho
rum quoꝝ alij in Helia/alij in helíseo
alij in filys pphetarum qui simul de-
gebant in hierico sub helíseo pphe- 4 regū 2.6.
ta designata sunt in vna erant ecclia
copulanda. Sic vnā Joānes mulie-
re3 describit: quatenus in sole intelli
gamus eos qui modis oibus adhe-
rent christu3 eūq3 ſm apſm pfectius
induentes nihil i mundanis faculta
tibus q̄runt: in luna que sub pedibꝰ
manet illos qui manētes cōmuniter
sub viris spūalibus designatis in stel
lis sicut ⁊ nostris faciunt tpibꝰ obe-
dientes erant. Excepto ꝙ illis nulla
erat possessio/aut possessionū ārietas
sicut in tpibus istis. Sed sūma ⁊ vna
pauptatis voluntas. Hec idcirco di-
co vt sciamus qd inter illos/⁊ mona
chos nisi tpis differens aut indiffe-
rens sit. Ne forte cū detractare cepe
rimus vel certe de illis electis qui ca
nonice viuunt alterū occurrat ꝑ alte
ro ⁊ noium identitas itellectū obscu
ret. fuerunt nāq3 ⁊ tunc qui dicerent
monachi sicut ⁊ nunc. fuerunt qui di
cerent monachi sicut ⁊ nunc: nec tñ
aut illi minus pfectionis ꝓpter hoc
habuisse credēdi sunt/aut nobis cō-
fert aliqd nomen scm̄ si imitari negli
gimus sanctos viros. Cap. 14

SI quis āt ea que descripta sunt
de sole ⁊ luna ⁊ stell/ad vniuer
sitatem ecclesie aut ad nisi tpis
monasteria retorquere volue-
rit non deesse poterit qd cōuenienter
dicat. Sed tñ: illoꝝ ꝓprietas quarti
cursum tpisſpāliter tangit: vna ergo
mulier amicta sole cum luna ⁊ stellis
vnū designat ordinē cōtēplantiū nu
mero mō tripartita varietate distin-
ctum. Cuius caput plati sunt cuiꝰ pe
des subiecti/ipi vō inter vtrūq3/igit
cōtemplatoribꝰ sol: platis monacho
rum stelle: ipsis vō monachis ascribi
tur luna. Quatenus vnusqsq3 ex suo
lumine discat qd desit ei ⁊ qualis ei
virtus necessaria sit: nec imerito stel
le que dona sancti spiritus moraliter
prenotant platis q̄3maxime necessa-
ria in capite emicant mulieris: qr ab
bates qui aias regēdas accipiunt lo
cū christi tenent in cenobijs suis. Et
ob hoc pfecti illi monachi qui sub eo
rum disciplina regulariter viuunt/lu
ne pfecte silitudinē seruant q̄ ad hoc
insinuandū mysteriū manere sub pe
dibus visa est. Cuius quoq3 tēperata
frigiditas/nō vacat i hac parte a my
sterio boni: qr sicut plerunq3 in frigi-
ditate malitia/ita in ea sepe sepius ti
moris humilitas designaē. debēt eni
subiecti a principio timore dñi eē fri
gidi ⁊ tristitia gelidi pro peccatis/q̄-
usq3 charitatis igne succēsi itelligāt
sibi dimissa esse peccata/aliogn timē
da est illis snia illa terribilis qua an-
gelo laoditie dictū est/qr non es cali Apoc. 3
dus neq3 frigidus icipiā te euomere
ex ore meo. Et qdem libertatē spūs
sp debet fideliter affectare subiectꝰ.
Sed nō prius debet collū a timoris
excutere ſuitute/q̄3 se charitatis spi-
ritū se accepisse ppendit: l3 aūt possi-
bilitatis iequalitas distinctionē hāc
triplicē operetur vnitas tñ voluntatis
simul oēs cōiungit: ide est ꝙ nō tres
mulieres sed vna infra solem ⁊ lu-
nā ⁊ stellas media ꝯsistere visa est: qr
ex illis tribus pfectionibus vna co-
adunatur ecclesia que mira pulchri-
tudine lune pfectiōe solis castrorūq3 Can. 6.
terribilitate induta tanto in superna
patria deo erit vicinior quāto i huiꝰ
mundi caligine est ab actibus seculi
aliena. Et bñ assumptis alis aqle di- Apo. 12
citur hec mulier aduolasse in desertū
in locum suu3: re ⁊ enim vera ipse est
locus cōtemplantium: vt illud qñq3
meretur audire cuius supra fecimus Canti. 3.c.
mētione3: que est ista que ascēdit per

deſertum ſicut virgula fumi ex aro-
matibus myrre ⁊ thuris. Sed certe
mulieri huic pẽne agle date ſunt/vt
illa eſſe agla intelligaꝛ de qua dicitur
Apo.4 ⁊ quartũ aial ſimile agle volanti/de
quo nimiꝝ aiali cuꝫ diceret ezechiel
facies leonis ad dextris ipſoꝝ 4^or:
ꝓtinꝰ adiecit ⁊ ait facies vͦo agle de
Eze.1. ſup ipoꝝ 4^or. Si eni verbi gr̃a paſto-
rum pꝛincipẽ Petrũ:martyrũ Ste-
phanũ/doctoꝝ paulum/Mariã vir
ginũ eſſe dicimus/iueniunꝛ Petrus
⁊ paulus a dextris/qꝛ eq̃lis ſunt me
riti ⁊dignitatis:Stephanꝰ a ſiniſtris
qꝛ miniſter apl'oꝝ fuit. Deſup Ma-
ria qꝛ regina eſt hoium ⁊ angeloꝛuꝫ.
Sunt enim Petrus ⁊ paulus altio-
res Stephano/inferioꝛes maria. Sꝫ
ſi illi altioꝛa penetrãt qꝛ altius ſubli-
manꝛ/recte luminaria celi iter luceꝫ
⁊ tenebꝛas inter ſapiam ⁊ ſtultitiam
qui luce ſapiẽtie ſunt ꝑfuſi. Qui itel-
ligunt ipſa duce gd habeant hoies a
ſeipſis/⁊ quid ſint a gratia cõſecuti.
Qui enim cõtẽptis lucris mũdi ſola
celeſtia cõcupiſcunt/eo poſſunt habe
re diſcretionẽ iter vitia ⁊ virtutes/q̃
conſtat qꝛ ſcientibꝰ lucẽ etiã tenebꝛe
ſunt apte:vnde per apl'm ſcriptũ eſt.
ꝑme ad Spiritualis homo oia iudicat ⁊ ipſe
coꝛin. 2 a nemine iudicaꝛ/qui bñ quoq̃ diei
ac nocti pꝛeeſſe dicti ſunt/qꝛ ⁊ iuſtis
pꝛeſunt magiſterio ⁊ peccatoꝛibꝰ exẽ
plis:quatenus ⁊ illi audiãt gd ſit eis
tenẽdum/⁊ iſti reſpiciant quid agen
dũ. Quãuis ⁊ nõ de ſole ⁊ luna ſed
tm̃ de ſtellis dicta iferius videanꝛ:qꝛ
qͦd pꝛius vbi agiꝛ de rebus creãdis
exhibeꝛ cõfuſum/vbi agiꝛ de creatis
demoſtraꝛ diſtinctũ. Qͦd aũt ſubiun
ctũ eſt/⁊ ſint in ſigna ⁊ tꝑa ⁊ dies ⁊
annos:qualiter illi oꝛdini qui claruit
quarto tempoꝛe magis cõueniant q̃ꝫ
ceteris tribus/tam de veteri vt iã di
xit teſtamẽto q̃ꝫ de nouo colligi põt:
qꝛ ⁊ ibi aliqd accidit quod eſſet in ſi-
gna ⁊ tẽpoꝛa ⁊ dies ⁊ãnos ⁊ hic ad
dictuꝫ eſt per Joãnem in apocalypſi
quod ab eodem myſterio non diſcoꝛ
dat. Cap.15^m.

ET cũ tales viri vel femine i ſi
gna fuere / qꝛ ſicut ſtelle celi i
ſigna ſunt nauigãtibus:ita ⁊
vita iſtoꝛum in exẽpluꝫ fidelibus da
ta eſt. Ut ſciant quo ire debeant oẽs
qui cõſiderãt oẽs fuere quoq̃ꝫ in tꝑa
⁊ dies ⁊ annos/qꝛ ſic̃ quõdã helias
certis tempoꝛibus diebus vel annis
mãſit abſcõditus a facie iezabelis h̃ 3^ii regũ
eſt tribus annis ⁊ mẽſibꝰ ſex/ita ſub 17.19.
eodẽ ſpatio dieꝝ ⁊ annoꝝ dicta ẽ me Apo.12
moꝛata ſtetiſſe in ſolitudine h̃.1260.
hoc tẽpus ⁊ tẽpoꝛa ⁊ dimidium tem
poꝛis/qꝛ vͦo numerus iſte dieruꝫ vel
annoꝝ noctibus ſit ad agnoſcẽda tẽ
poꝛa dies ⁊ annos/⁊ in ſcͦdo huius
oꝑis libꝛo ſufficiẽter dcm̃ ẽ. Sꝫ ſi cõ-
ſtat ꝙ ſig̃tũ huiꝰ numeri ſit totũ tꝑs
filioꝝ iſrael hoc eſt gñatiões.42.q̈s
deſignat Mattheus. Jta totũ tem- matt.1.
pus plenitudinis gẽtium ſub eodeꝫ
generationis numero ꝯtinere digno
ſciꝛ. Quia ſub 4° tẽpoꝛe potiꝰ q̃ꝫ ſub
aliq̃ alio/iſdẽ in ſtellis numerus ſcri
ptus:niſi qꝛ q̈rtũ tẽpus cui hoc aſcri
biꝛ velut in libꝛa manens tribus tẽ-
poꝛibus ꝑcedẽtibus totidẽq̃ꝫ ſequẽ-
tibus veluti ex equo cõiunctũ eſt/ita
vt vtriq̃ꝫ parti ꝑticipare videaꝛ. Nẽ-
pe ⁊ eccleſia iſta virginũ que ſignifi-
caꝛ in muliere/mater eſt ⁊ nutrix fi- Jſa.7.
deliũ/qꝛ virgo poꝛtauit Chꝛiſtum in matt.1.
vtero:virgo peperit ⁊ lactauit. Ut er Luce.2
go Helias ⁊ Heliſeus ⁊ filij ꝓpheta 4^i re.2.
rũ mediũ ſub teſtamẽto veteri tenue
runt tẽpus. Jta ſub nouo oꝛdo here
miticus ⁊ virgineus diſtinguens in-
ter annos ⁊ annos:iter tꝑa ⁊tꝑa ple
nitudinis gentium. Et hoc
gdẽ ita:qͦd ãt ſeqꝛ. Ca.16^m

ET fecit deus duo luminaria Gene.1
magna : luminare maius vt
pꝛeeſſet

preeſſet diei:⁊ luminare minus vt p̄
eſſet nocti. Sicut in rei veritate hoc
corporaliter factũ videmus. Jta ſpi-
ritualiter fieri in ecclia dei ordo eccle
ſiaſticus doctrinaqȝ demonſtrat. Si
2ª ad corin.12. enim que audiuit Paulus in paradi
ſo raptus vſqȝ ad tertiũ celũ tacenda
eſſe hoibus poſtq̃ȝ dicẽda teſtaf. Et
ſi tm̃ iter pfectos loq ſe idicat ſapiẽ-
tiã liquet q̄ ſolis ſpũalibus viris p̄-
p̄me ad cori.2. ponẽda eſt vita cõtẽplatiua/deſigna
ta in claritate ſolis. Carnalibus aũt
qui nõ itelligunt que ſunt ſpũs dei/
⁊ qui tenebris ignominie iuoluti ſũt
actiua potius vita deſignata/p̄ponẽ
da eſt i modica luce lune. Quia non
prius in homine quod ſpirituale eſt
ſed quod animale/deinde quod ſpi-
p̄ª ad corin.15. rituale. Si enim animalibus homi-
nibus ac ſi cuiuſdam ſplendidiſſimi
ſolis predicas vitam alicuius ſan-
ctiſſimi heremite ipſi ifirmati corde/
quid eis p̄dices nõ pcipiunt:⁊ q2 nõ
intelligũt que dicis ad operãdũ ali-
quid nõ cõſurgunt: vident eni hoieȝ
ſolũ/⁊ hois opus nõ vident/⁊ ob h̄
inertẽ iudicant ⁊ iutilẽ/cuius iternã
lucẽ ⁊ ignitos radios nõ agnoſcunt.
Si aũt igrediunf monaſteriũ fratruȝ
ordinate viuẽtiũ ⁊ oñdẽtiũ illis opa
manuũ ſuaꝝ:accidit plerũqȝ illud qd
matt.5. dicit dñs in euãgelio. Sic luceat lux
veſtra coraȝ hoibus/vt videant opa
veſtra bona ⁊ glorificent p̄rem viꝛuȝ
qui in celis eſt. Jgif luminare maius
facit domin⁹ vt p̄eſſet diei:⁊ luminaf
minus vt p̄eſſet nocti:q2 ⁊ vita con-
tẽplantium p̄ponenda eſt ſpũalibus
⁊ perfectis:⁊ vita bene operãtiũ aia
libus ⁊ infirmis. Quid de ſtellis? Et
fecit inquit ſtellas ⁊ poſuit eas in fir
manẽto celi/vt p̄eſſent diei ac nocti:
hoc iam ſupius expoſuimus cum de
eis faciendis ſermo propheticus tã-
geretur. Sed ⁊ nunc vbi agif de iam
factis non eſt extimandũ ſuperfluuȝ

ſi quod ibi minus ſcripſim⁹ hic ſup-
pletur. Fecit deus omnipotens ſtel-
las ⁊ poſuit eas in firmamẽto celi vt
preeſſent diei ac nocti:q2 poſt viros
illos ſpirituales qui ſequentes vitaȝ
Helie noctis cõſortia neſcierunt/da
ti ſunt alij viri ſancti imitatores heli
ſei: qui incedẽtes inter vtrãqȝ vitam
⁊ iuſtis prebuerunt ſanctitatis regu-
lam ⁊ peccatoribus oſtẽderunt bo-
ne actionis exẽpla. Jnde enim eſt q̄ 4ª re.2.
ſpũs Helie duplex factus eſt in ani-
mo Heliſei: q2 viri illi ſancti qui ſm
Heliſeum deſignãtur in ſtellis/tantã
perfectionis gratiã conſecuti ſunt vt
digne p meritis preeſſe poſſunt diei
ac nocti. Jdeſt vt ſic inuigilent acti-
ue vite/vt contẽplatiuam nõ deſerãt
ſic amoris dei iocũdentur dulcedine
vt tamen proximorum nõ cõtẽnant
ſalutem. Unde ⁊ bene ſubditur:⁊ di
uiderent lucẽ a tenebris. Quaſi eniȝ
inter lucẽ ac tenebras diuidunt/duȝ
inter vtrãqȝ vitam diſcernunt ⁊ quo
dãmodo in die liam:in diei lumine
amplexatur Rachelem. Tales enim
apti ſunt ad officiũ paſtorale qui ſci-
ant ⁊ aſcendere ⁊ cõdeſcendere:qui
perfectos in altis doceant ⁊ in imis
infirmos. Uerum quia luna ⁊ ſtel-
le ad noctem pertinere noſcũtur/ſo-
lus autem ſol ad diem ſcriptura atte
ſtante que dicit:fecit deus ſolem in
poteſtate diei:lunam ⁊ ſtellas in po-
teſtate noctis/abſurdum videtur di- p̄s.135.
ci de ſtellis q̄ poſuerat eas domin⁹ i
firmamento celi vt lucerẽt ſuper ter-
ram/⁊ preeſſent diei ac nocti ⁊ diui-
derent luceȝ ac tenebras:niſi q2 alia
tamẽ ſcriptura dicit. Spiritus eſt qui Joã.6.
viuificat:caro non prodeſt quicq̃ȝ. 2ª ad co
Quid enim ſi deficit littera que occi rin.3.
dit. Si deficit iudeo deficit qui ſecta
tor eius eſt. Mihi autem manet qd
meum eſt ⁊ deficere nequit. Quocir
ca ⁊ ſi ſtelle q̃s attẽdit iude⁹ nõ p̄ſunt

diei ac nocti: nec diuidunt lucē & tenebras sicut lr̃a velle videt / stelle tñ quas intuemur in spiritu id hn̄t posse qd̄ scriptura testatur. Et nihil iter est vtrū sit verū ſm lr̃am si ſm spiritum nō est falsum. Et bene in firmamento celi posite referūtur stelle: qꝛ qui nō est fundat⁹ in fide petri a numero iustorū alien⁹ existit. Cap. 17ᵐ.

5ᵃ die Quinto die dixit de⁹ vt ꝓducerent aque reptile aie viuētis / & volatile sup terram sub firmamento celi. Quod cū factū fuisset / benedixit eis dicens. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris auesq; multiplicent sup terrā. Notādum ꝙ ea que in quatuor dieb⁹ creauit deus sic bona creata sunt vt vix vnquā aliqd eorū in mala parte itelligi queāt. In qnto vo die mūda pariter & imūda creata sunt. Sunt eni pisces ſm legē mūdi & imūdi auesq; similiter. Eodem modo in sexto die aialia mūda & imunda & in ipsis mūdis & imundis aliqua fortia & horribilia / sicuti sunt leōes pardi vrsi aspides basilisci dracones vipe cerastes & vniuersa reptilia que mouent i terra. Et tamē vidit deus cūcta q̄ fecerat & erāt valde bona. Si qs eis bn̄ vtit bona sunt / qꝛ ad aliquā vtilitatē creata. Alioquin & cibus malus est: qꝛ eo nōnunquā ꝓuocant incauti: & aqua mala est qꝛ multi moriuntur in ea: & ignis malus est / qꝛ multos facit egere cū tā bona sint in natura sua & tam necessaria filijs hoiu vt plerūq; prius vita q̄ȝ illorū vtilitatib⁹ carere volūt. Quinimo & plerūq; hocipsu sit illis carere vita: qꝛ qui eis carent carere eos vita necesse est. Oia ergo bona fecit deus: quinimo nō simplr̄ bona: sed valde bona / qꝛ si qua sunt que sibi nō ꝓsunt / prosunt electis dei pro quibus facta sunt: qꝛ qcqd creatum est infra mūdu aut sunt ipsi aut propter ipsos. Cete aūt grandia illi reges mūdani itelligēdi sunt / qui l multos absorbeāt multi tamē pro cōfessione chrr̃iana cēsent & fidei catholice defensores existunt. Ceteri boni pisces clerici sunt si tamē boni qui l inter seculares hoies ac si iter fluct⁹ maris corporalr̃ maneāt mēte tamē & aio ad supiora sīspirant. Bone vo aues que monachorū sunt turme / si tamē bone que relictis abyssis hui⁹ mūdi ad celestia volant: qui & si vsq; ad perfectionem solis & lune & stellaru sublimari nequeunt dūtñ vita solitaria aut cōuentuali societate gaudent / aues mundissimas imitantur / maxime autē turtures & columbas: porro aues rapaces sicuti sunt corui & milui bubones noctue & earū similes auaros cupidos luxuriosos atq; innocētū oppressores designant seu etiā scismaticos & hereticos qui pas catholicos ꝑsequunt. Quor aliq post multa discrimina que intulerūt ecclesie abierunt in locum suū: alios nouas pugnas illaturos vsq; ad presens tēpus sustinet patientia dei. Sustinet aūt illos qui facit aliud vas in honore aliud in cōtumeliam vt notā faciat potentiam suam & ostēdat diuine glorie sue in vasis misericordie que elegit ſm consilium voluntatis sue. ad ro.9 Sane illi clerici & illi mōachi qui in piscibus & auibus designantur q̄si in quinto tp̄e creati sunt / qꝛ nunq̄ȝ i preteritis tēporibus ecclesie vel monasteria in tali mō quo conuenit pluribus ordiate fuere / quomodo in tēpore quito. Nunq̄ȝ ex alijs ecclesijs tot multitudines propagate sunt. vñ bene dictum est illis. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris / auesq; multiplicentur super terram / quod alijs creaturis que in quatuor diebus precesserant non est dictum.

Quia

Quia nō dico clericorū ꝛ monachorum/verum etiā ecclesiarū ꝛ monasteriorū que propagata sunt ab alijs in tēpore quinto in hac occidētali ecclesia colligere numerū nō est facile. Maxime vt compleretur in ea illud mysticū qḋ scriptū est de ipso in typo iude patriarche cuius filij absq; numero multiplicati sunt. Sic enim dicitur de eadē tribu in paralipomenō fratres aūt eius nō habuerunt filios multos ꝛ vniuersa cognatio nō potuit equare sūmā filiorū iuda. Scḋm hoc dicere possumus de ecclesijs grecorum ꝛ de latina ecclesia ꝙ omnes filij ecclesiaruꝫ vsq; ad Carolum sub quo inchoatū est tēpus quintū non potuerūt adequare summā filiorū occidentalis ecclesie/fuit enim clementior circa filios preterq̃ꝫ in peccatis ꝛ ideo magis creuit in ꝓpagine prolis. Ut enim pretermittā cetera de seueritate ꝛ clemētia. Quid magis seuerum q̃ꝫ qḋ scripsit sanctus Basili⁹ non esse monachis indulgenda pocula vini. Quid aūt clemētius q̃ꝫ qḋ ait sanctus Benedictus dandā esse eminā vnā per diē abstinere nō valētibus: vbi haberi pōt/ꝛ maxime dādas esse carnes infirmis quas greci negant indifferenter: quāuis quidaꝫ grecoruꝫ dicant magis ex vsu maiorum q̃ꝫ ex regula suprascripti sancti viri esse egrotantibus carniū fercula interdicta. Sed hoc iure vigilanter considera quid magis altum sit ꝛ cōueniens raritati: quid magis humile ꝛ fratrū multitudini opportunū. Ne quis qḋ absit duorū alteruꝫ cauilletꝰ quis qḋ absit duorū alteruꝫ cauillet: qui eniꝫ hoc putat insanus ē. errasse: qui eniꝫ hoc putat insanus ē. Ne aūt hoc putet aliquis nouerit iuniorem priorem tēpore cōmendasse quocirca nō imerito q̄nto die pisces maris ꝛ aues celi nō solū creati sunt verū etiā vt crescerēt ꝛ multiplicarēt benedictionē ꝯsecuti. Ut qḋ in alijs temporibus defraudauit seueritas p̄ bn̄dictionē clemētie suppleret in q̄nto. Ac si de eo scriptū esset in psalmo. Misericordia ꝛ veritas obuiauerūt sibi iustitia ꝛ pax osculate sunt. ꝛ paulo post etenim dn̄s dabit benignitatem ꝛ terra nostra dabit fructū suuꝫ. Igitꝰ ꝛ vita monachorū quarti t̄pis clarior fuit. Istorū tn̄ satis fecūdior: q: ibi/vt illud inferā rachel emulatā sororeꝫ postulauit sibi liberos dari a viro: ꝛ q: nō potuit obtinere ꝓprios habuit quos potuit ꝺ ancilla. hic lia que post quartū filiū cessauerat a cō/ceptu: rursum resumptis viribus binos ꝛ filiā parturiuit. Cap. 18m.

Sexto die dixit deus vt produceret terra animā viuētē i gn̄e suo iumēta ꝛ reptilia ꝛ bestias terre/ꝯm species suas. Et fecit inquit deus bestias terre iuxta species suas ꝛ iumenta ꝛ omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus ꝙ esset bonū ꝛ ait. Faciamus hominē ad imaginem ꝛ similitudinē nostrā. Et presit piscibus maris ꝛ volatilib⁹ celi ꝛ bestijs vniuerseq; terre. Et creauit inquit deus hominē ad imaginem ꝛ similitudinem suā. Ad imaginem dei creauit illum: masculum ꝛ feminā creauit eos/benedixitq; eis deus ꝛ ait. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terram ꝛ subijcite eam ꝛ dn̄amini piscibus maris ꝛ volatilibus celi: ꝛ vniuersis animantibus que mouentur super terram. Bestie ꝛ reptilia que creauit deus sexto die: regna sunt paganorū ꝛ secte pseudo prophetarū que sexto t̄pe ecclesie qḋ in ianuis est atrocius p̄mittentur seuire cōtra ecclesiā ꝓpter peccata dicente ap̄lo: q: charitatē veritatis nō receperūt vt salui fierent mittet illis deus operationē erroris vt credant mēdacio ꝛ iudicentꝰ oēs qui nō crediderūt veritati/sꝫ cōsenserunt iniq̄tati

Margin notes: 2ᵘ para. circa p̄ncipium — De monachis latinis ꝛ grecis — p̄s. 84. — gen̄. 30. — ibidem 6ᵘ die — Gen̄. 1. — 2ᵉ ad th̄essa. 2.

Dominus inquit mittet illis opatio
nem erroris.i.eo pmittēte in ira sua
fiet malū istud ppter peccata/queād
modū si qs vrsuz vel leonē volētem
currere ad pdā teneret alligatuz ca-
tenis ferreis clamaretqz circūstanti-
bus vt sibi cauerēt q tñ negligerēt se
metipsos: ꝛ q eo grauius est viro te-
nenti bestiā cōtumeliā irrogarēt alia
qz multa incessanter cōmitterēt. Ille
quidē intra suā alligatā bestiā solue-
ret cōtra malos/queqz tñ dimissa a vi
ro id faceret omnino qd pri⁹ facere
cupiebat. Sic ꝛ bestie iste ex sua qdē
volūtate parate nocere fidelib⁹: sz tñ
non licet eis nisi cū iusto dei iudicio
ps.103. certis tpib⁹ pmittanť. Scriptū qppe
est. Posuisti tenebras ꝛ facta ē nox
in ipsa ptrāsibūt omnes bestie sylue.
Quāuis aūt vniuersa etas ista q vo-
cať sexta sub qua cōtinenť septē tpa
ista de qbus agimus nō caruerit pse
cutione huiuscemodi bestiaꝝ. Exigē
te hoc generali itellectu de quo nos
opz agere in sequēti spāliter tñ insul
tus istarū bestiarū ꝛ reptilium sm q
ostēdiť in daniele ꝛ apocalypsi pro-
prie respicit sextū tps sexte hui⁹ eta-
tis. Nimiꝝ qr ꝛ generalia generale
ꝛ spālia exigūt spāle. Et notādū q i
vtraqz auctoritate senarius numer⁹
Da'.7. Apoca. 13. est in cā. Ut eni in sexta visiōe danie-
lis exposuit angl's mysteria bestiaruz
ascēdētiū de mari: ita ꝛ in li° apocaly
psis quaten⁹ patēter dareť intelligi
q in futuꝝ erat in tpe sexto. qd crea-
tio sexte lucis mysteriali iudicio pre
mōstrauit: veꝝ hec ppter peccata/p
pter se autez dñs creauit in die sexto
oues ꝛ boues vniuersas insup ꝛ pe-
cora cāpi. Creauit in hoc tpe sexto in
ordine laicoꝝ nouas spēs religiōis:
sicut sunt fratres tēpli ꝛ hospitala-
rij: ꝛ qdā alij in partib⁹ hispaniarū ꝛ
cōuersi ordinis cisterciēsis ꝛ eoꝝ si-
miles qui oēs in adiutoriū clericoꝝ
aut monachoꝝ creati sunt a dño sm
species suas: vt impleanť multe ille
māsiōes que ppter diuersas spēs ele
ctoꝝ in domo domini parate sunt.
Qd aūt cōpletis oibus ad vltimū in
die 6° creatus est homo qui pesset pi
scibus maris ꝛ volatilib⁹ celi ꝛ be-
stijs vniuerseqz terre: nō est alienū a
mysterio filioꝝ lie ꝛ rachelis. Natis Ge.29.
enim.6.filijs lie quasi in sex tēporib⁹ 30.
mox circa finē editus est ioseph qui
prefuit fratrib⁹ suis ꝛ dominatus est Ge.41.
in oi terra egypti: ita vt ipse pharao 44. ꝛ
obediret ei ꝛ staret oibus psilijs ei⁹. 50.cap.
Futurus est enim vt ordo vnus pua
lescat in terra filiis ioseph ꝛ salomo-
nis ꝛ ipsius quoqz abba hois cuius
etiaz filius dictus est a ppheta: qr in
ipso ꝛ per ipsuz ꝛ sm ipsuz formatus
erit gl'a ꝛ dignitate ꝛ ipe subijciet be
stias ꝛ oēm terrā: vt cōpleať in eo p-
missio illa psalmi dicētis: ꝛ domina- ps.71.
biť a mari vsqz ad mare ꝛ a flumine
vsqz ad terminos orbis terraꝝ. Ipse
est ille ppl's sanctoꝝ de quo dixit an
gelus danieli regnū aūt ꝛ ptās ꝛ ma Da.7.
gnitudo regni q est subter oē celū da
biť populo sanctoꝝ altissimi. Hic est
populus ille sanctus ordo.s.iustoruz
circa finē futurus de quo in typo sa- 2i Re-
lomōis dictū est a dño p nathā pphe gum.7.
tam. Ego ero illi in priem ꝛ ipse erit
mihi in filiū. Neqz eniz sm q aperte
docet angl's i pscripta visiōe danielis
de solo filio dei itelligēda sunt verba
ista: sz tā de ipso qz de his q sunt eius
de illis vz sanctis hoib⁹ circa finē fu
turis q secuti sunt ad itegrū vestigia
eius/ꝛ in qbus occursurus ē ad inte
grū chrian⁹ ppl's in virū pfectū i mē
suraz etatis plenitudinis chri. Qd si ad eph.
queriť de sanctitate illi⁹ ppli vel ordi 4.
nis qlis erit qz apte in zacharia de-
mōstrať cū dr. Extēdam manū meā
ad paruulos ꝛ erunt in oi terra dicit Zacha-
dñs. Partes due in ea dispdentur ꝛ rie.13.
deficiēt

deficiēt ⁊ tertia ps relinquet in ea: ⁊
educam tertiaȝ ꝑtem per ignē ⁊ vrā
eos sicut vrit argentū: ⁊ ꝓbabo eos
sicut ꝓbat aurū. Ipse iuocabit nomē
meū ⁊ ego exaudiā eū. Uex qꝛ idem
ordo nō erit absqȝ ꝑlatis q gerāt i eo
vicē chri. Et si gñalis itellectus totū
ipsuȝ ordinē tāgit spāliter tñ ipsos ꝑ
latos in qbꝰ regnauit chrs iesus quē
ps. 109 opȝ dñari ⁊ regnat donec ponat oēs
inimicos suos sub pedibꝰ suis: sane
vxor ade q̄ data est illi in sodaleȝ ec-
clesiam significat ꝑ quos ⁊ ꝑdicabit
euāgeliū regni in vniuersum orbeȝ.

Cap. 19m.

Gen. 2. PAtratis deus oipotēs celis ⁊
terra oiqȝ ornatu eoꝝ regeuit
die septio ab oibus opibꝰ suis
qꝛ ꝯsūmatis oibus mysterijs
que designata sunt in opibus sex die
rū dabit deꝰ pacē ⁊ ociū electis suis
⁊ regescet reuera ab oi ope suo sicut
scriptū est i. 10°. c. libri apocalypsis: le
Apoca. 10. uauit angls manū suā ad celū ⁊ iura
uit ꝑ viuentē in secula qꝛ tps iā non
erit ampliꝰ. Sȝ i voce septimi angeli
cū cepit tuba canere ꝯsūmabit myste
riū dei sicut euāgeliȝauit ꝑ seruos su
os ꝓphetas. Bñdicet autē huic diei
hoc ē tpe 7° ⁊ sanctificabit vt sit san-
ctificatus ⁊ liber ab oi ope seruili: qꝛ
cōsūmatis diebꝰ luctꝰ electorum suo
rum adducet tps pacis ⁊ innocētie
vt gaudeat cor eoꝝ ⁊ gaudium eoꝝ
nemo tollet ab eis. Cap. 20m.

CUperē de tertio celo hoc est
de tertio itellectu supra cuiꝰ
fecimꝰ mētioneȝ in honore
spūs sancti aliqd vel breuit
intimare: essetqȝ vt ego puto possibi-
le/si cōsūmatio ipa opis exhiberet ⁊
tps. Si eni iā cōpleta essent opa q̄ fu
tura sunt sub tertio statu: quō cōple-
ta sunt ea q̄ visa sunt ꝑtiere ad pmū
⁊ secunduȝ/possemus forsitan istius
opa queādmodū ⁊ illorū in ꝯcordie
statura coaptādo ligare. Sed qꝛ i pri
mo illius tempore status cōstituti su-
mus/sola adhuc initialia que presto
sunt exhibere sufficimus. Si ergo il
lius intellectus qui pertinet ad spiri-
tum. s. in septem futuris temporibus
queritur assignandus / fateor me ad
huc assignare nō posse: quia nonduȝ
est completum opus ipsorum tempo
rum quod tertius exigit intellectus.
Sicut eniȝ Zacharias pater Joānis
inter synagogam ⁊ ecclesiam consti
tutus adesse quidem tempus eccle-
sie/⁊ christi natiuitateȝ predixit/sed
tamen ea que Christus erat factu-
rus non est seriatim intimare ꝑmis-
sus/ita ⁊ nos/qui inter secūdū ⁊ ter
tiū statū cōstituti sumus/multa qdeȝ
de tertio illo statu cōtēplari ꝑmitti-
mur: ordinem vō rei/quem factu-
rus est dominus: iuxta numeruȝ die
rum ⁊ distinctiones operum assigna
re nequimus/nisi forte aliqd pro lo-
co ⁊ tempore de principio. Quāuis
enim nō sit liberum assignare sequē
tia. Quid sibi tamen velit qđ ait. In
principio creauit deus celū ⁊ terraȝ:
iam nūc plene sentimus alijs tñ ad-
iuti mysterijs: que tertiū efflagitant
intellectū. Deniqȝ vt aliqñ denotat
differētia inter rē obscuriorē ⁊ clario Ge. 16.
rem in typo agar ⁊ sare qđ ad primū 21.
ꝑtinet intellectuȝ: aliqñ in typo sare Ge. 24
⁊ rebecce: quod pertinet ad 2m. Ita Ge. 29
quod ad tertium ꝑtinet in typo ra- 30.
chelis ⁊ lie/quarū alterā terrenam
⁊ corpoream vitaȝ: alteram spiritua
lem ⁊ celestem vitam designat. Ita
enim donante deo creauit studiū re-
ligionis in ordinibus electorum: vt
id quod in primo statu visum fuit li-
berum ⁊ celeste/in secundo statu vel
ordine/inueniretur humile ⁊ terre-
num: ⁊ quod clarum in secundo: in
tertio parumper obscuruȝ. Quia vō
dictum est de primo itellectu: q vi ꝑ-

tinuiſſe ad agar ⁊ ſara: ⁊ de 2° qui vi-
ſus eſt ꝑtinuiſſe ad ſarā ⁊ rebeccaꝫ.
nūc de 3° intellectu qui ꝑtinet ad liaꝫ
⁊ Rachelē paꝝ id quod poſſumꝰ ve
ſtigare curemus. Ut q̄ꝫtum in nobis
eſt non remaneat quicq̄ꝫ de carnali
ꝯme ad intellectu. Sed voꝛātes ex eo totum
coꝛin. 5 illud qđ poſſumꝰ epulemur/i açimis
ſinceritatis ⁊ veritatis. Cap. 21ᵐ.

De 3° i- In principio inq̄t creauit deus
tellectu celū ⁊ terrā. Principiū pr: prin
Gen. 1. cipiū filiꝰ: p̄icipiū ſpūs. ſ. Pro
Uide i pter patrem qui eſt principium
prin° 2ⁱ intellectus pꝛimus īcepit ab Abꝛaā.
ſentē. ⁊ Propter filiū qui eſt principiū ſcđs
ſco. ibi. intellectus incepit a Joāne baptiſta
Gen. 12 ⁊ a natiuitate ipſius filij ſm carnem.
Lu. 1. 2. Propter ſpiritū. ſ. qui eſt principiuꝫ
tertius intellectus incipit a tēpoꝛibꝰ
Uiđ. s̄. iſtis. In pꝛimo ſtatu auctoꝛiçatus eſt
li° 2° tra. a deo pr̄e oꝛdo coniugatoꝝ. In ſcđo
p̊. c. 5. glificatus eſt a filio oꝛdo clericoꝛuꝫ.
In 3° glificabit a ſpū. ſ. oꝛdo mōacho
rum. In pꝛimo ſane oꝛdine veneran
da eſt imago pr̄is. in 2° filij. i 3° ſpūs. ſ.
Quia v̄o in ſingulis ſtatibꝰ/pars īfe
rioꝛ aīalis eſt ⁊ terrena: ſupioꝛ/ſpūa
lis ⁊ celeſtis. Ubiq̄ꝫ pars inferioꝛ di-
cenda eſt terra/pars ſupioꝛ celū. Et
tn̄ vtraq̄ꝫ in quo fidelis ⁊ amās deū
qui alios coꝛonat pꝛo iuſtitia: alios
ſaluos facit per miſericoꝛdiā ſuā. Si
cut aūt in exoꝛdio pꝛimi ſtatus/dicta
eſt terra/pars filioꝝ Adam/qui dice
bant filij hoīuꝫ: celū pars eoꝝ qui di
cebantur filij dei/pꝛius. ſ. q̄ꝫ populus
iſrael oꝛiret ⁊ diſtingueret ꝑ tēpoꝛa
in gn̄ationibus ſuis. Et ſicut in exoꝛ
dio ſcđi ſtatus dicta eſt terra ſynago
ga carnalis terrenis ſemꝑ inhians ⁊
terrena cōſectans. Celū illa pars po
puli que celeſtia ſapiebat/pꝛiuſq̄ꝫ po
pulus chꝛiſtianꝰ oꝛiret ⁊ diſtinguere
tur per tp̄a in generationibꝰ ſuis/ita
in exoꝛdio tertij dicēda eſt terra illa
pars eccl̄ie que ſapit terrena/celum
v̄o pars illa que ſectat celeſtia: ⁊ hoc
ipſum ſub hoc tp̄e ſcđi ſtatus poſtq̄ꝫ
populus ille ſpūalis qui futurus eſt i
tertio ſtatu/diſtinguat per tp̄a in ge-
nerationibus ſuis. ¶ Qđ ergo dicit
ſcriptura in pꝛincipio creauit deꝰ ce-
lum ⁊ terrā/ita eſt ab ope ſex dierum
vniformiter diſtinguēdū vt in pꝛio i-
tellectu aſſignent myſteria celi ⁊ ter-
re ab Adā vſq̄ꝫ ad Abꝛaā: myſteria ſe
ptē dieꝝ ab Abꝛaā vſq̄ꝫ ad Joānem
baptiſtaꝫ. In ſcđo itellectu myſteria
celi ⁊ terre ab oçia vſq̄ꝫ ad Joānē ba
ptiſtā: myſteria ſeptē dieꝝ a ioāne ba
ptiſta vſq̄ꝫ ad hec tp̄a nr̄a. In tertio
intellectu/myſteria celi ⁊ terre a bea
to benedicto vſq̄ꝫ ad p̄ſens/myſteria
7ᵐ dieꝝ a p̄ſenti tp̄e vſq̄ꝫ ad finē mū-
di. Igit ⁊ i hoc tp̄e videmus nouos
dn̄m creaſſe celū ⁊ terrā. Sed tn̄ ter-
ra vſq̄ꝫ adhuc inanis ⁊ vacua ſm q̄d
qꝛ qui velut ſub p̄textu iuſte neceſſi-
tatis terrenis ihiant ⁊ terrena ſectā-
tur celeſtibus muneribus nō poſſunt
eſſe repleti: ſed ſunt ſicut iam diximꝰ
inanes a gratia ſpiritualiū ⁊ vacui a
fructu ſpūalis iuſtitie reſpectu dum-
taxat ſpūaliuꝫ viroꝝ qui nequaq̄ꝫ ca
duca ⁊ terrena ſed ſola ſpiritualia cō
cupiſcunt. Sed ⁊ tenebꝛas adhuc eē
videmus ſuꝑ facieꝫ abyſſi: qꝛ adhuc
infideles populi manent in cecitate
⁊ neſciūt ad dexterā vel ſiniſtrā. Di-
xit āt deus/fiat lux ⁊ facta eſt lux. Si
aūt apl̄i lux mūdi fuerunt qꝛ per eos
illuminate ſunt gētes. Cur nō eodeꝫ
mō dicant lux vltimi p̄dicatoꝛes ꝑ
quos iudeoꝝ cecitas ꝑceptura eſt lu
men? Sed hoc vn̄: haud dubiū/ꝙ a 11. d. pⁱ
luce illa a patre filioq̄ꝫ ꝓcedit/lꝫ eniꝫ Augꝰ. 1
vna ſit opatio trinitatis/qꝛ tres/vnꝰ de trini
deus ſunt: vt tn̄ ondat trinitas pſo- ta. c. 5.
naꝝ illuminatio patriarcharum ſpe-
cialius attribuenda eſt patri/apoſto
loꝛum filio. Eoꝝ v̄o qui in hoc tēpo
re futuri ſunt p̄dicatoꝛes ſpiritui ſan
cto.

cto. Erit ergo ꝛ nunc lux creata per quã illuminent hÿ qui in tenebris ꝛ vmbra mortis sedẽt ꝛ diuidantur a multitudine increduloꝝ qui dicunt christiani ꝛ non sunt/ vt sit posita meta diuisionis inter lucem ꝛ tenebras sicut ꝛ in diebus apostoloꝝ/ qñ hÿ q nõ videbant illuminati sunt: ꝛ q pri⁹ videbant amiserunt lucẽ: hec pauca de primo die. Cap.22^m^.

Luc. 1.

Ceteꝝ de sex dieb⁹/ nõ hui⁹ tẽporis est disputare vnum dico: ꝙ mysteria tertÿ intellectus subtiliora sunt mysterÿs secundi ꝛ mysterÿs primi. Et nescio vtꝝ tẽpora tertÿ status eo mõ breuiora sint tẽporibus secũdi/ quo breuiora fuere tpa secũdi tpib⁹ primi lz in opibus nõ discordent. Scriptum qppe est/ sermonẽ breuiatũ faciet dominus sup terrã. Etenim ab ortu isaac vsqꝫ ad moysen pene quadrigẽti anni fuere: ab ortu autẽ Joãnis baptiste vsqꝫ ad cõuersionẽ sancti Pauli/ min⁹ quadraginta annis completũ est tempus/ ꝛ tamẽ opera cõuenientia sunt. Quid ergo si eodẽ modo ꝙ in hoc secũdo statu ifra mille ꝛ ducẽtos annos ꝓsecutuꝫ est in illo tertio statu sꝫ breui tẽporis spatio cõpleatur. Quãuis sicut ẽ nobis ꝓlixitas dubia: ita ꝛ breuitas sit icerta. Ut illi soli sup hoc magisteriuꝫ reseruetur qui ait multitudini que cõuenerat/ nõ est vestrũ nosse tẽpora vel momẽta que pater posuit in sua potestate. Nõ ait absolute: nõ est vestrũ nosse tẽpora vel momẽta quasi ois noticia tẽporum negata sit apostolis ꝛ ꝓphetis/ qꝺ falsum est: sed de illis tm̃ momẽtis vl' tẽporibus dictũ est que paꝶ posuit in sua potestate: alioquin frustra sancti dei ꝓphete annũtiauerũt appropinquare tẽpus saluatoris in carne. Et iniuste arguit ipse dominus hierusalẽ qꝛ non cognouerit tẽpus visitationis sue/ ꝛ illos qbus saluator ipe exprobrauit dicẽs hypocrite faciẽ celi ꝛ terre diiudicare nostis signa autẽ tẽpoꝝ quo mõ nõ cognoscitis? Igiꝶ ꝛ si finẽ mũdi querere temerariũ est/ signa tamẽ tẽporũ ꝑsentire fidele. Aliogn si antichristum qui vẽturus est circa finem/ nõ cognoscerent electi/ quo modo sibi cauere poterunt ab isidÿs eius? Cauebunt aũt sibi ꝓpter signa que faciet pro qbus oẽs reprobi seducẽꝶ ab eo. ¶ Ceteꝝ qꝺ spectat ad opa sex dieꝝ/ possibile est in breui tẽpore surgere i ꝑdicatione qui iure ꝓ splendore iustitie q erit in eis noieꝶ lux. Et post ipsos aliqs alios qui pro robore patiẽtie noienꝶ celum/ ꝛ ilico post illos aliqs alios q assimilenꝶ arborib⁹ ꝛ herbe virẽti ꝛ sic de ceteris. Qꝺ totũ cõsũmari puto in illa vltia pte sexti tpis i qua calcature sunt gẽtes sanctã ciuitateꝫ: vt vꝫ ipsi mẽses. 42. reputenꝶ ꝓ sex diebus maxie ꝓpꝶ illud qꝺ ait dñs oportere. s. ꝓpter electos breuiari dies illos. Quãuis si religio christiana ꝑfecte esset ordinata ꝛ distincta ꝓ virib⁹ in spẽb⁹ suis possent ꝛ deberẽt septẽ iste dieꝝ spẽs in singulis domib⁹ iueniri. Si eni mãsiones mlꝉte sunt in regno celoꝝ ꝓ eo ꝙ vnusqsqꝫ ꝓpriũ dominũ hꝫ ex deo alius qdẽ sic alius ãt sic. Et si eo mõ quo mlꝉta mẽbra que eũdẽ actũ hñt ita sunt ꝛ in oib⁹ diuisiones graꝝ. Quo mõ ordinata esse dꝫ domus aliq religionis que oẽs sꝫ vna norma coercere contẽnit. Qꝺ si illos solos recipit ad se veniẽtes qui cõueniant in vnã qꝫlibet spẽm ꝑtinẽtẽ ad aliqꝺ corporis mẽbrũ/ alios vͦo abiecit ꝛ excludit/ vbi vnitas ꝛ dilectio? Et qdẽ ꝓ tpe tolerãdũ fuit respectu vͦo illud qꝺ apostolus ait donec occurramus oẽs in viꝝ ꝑfectum in mẽsurã etatis plẽitudinis christi. Primo diuisit mẽbra ꝛ postea itulit

Margin notes: ad ro. 9; Actu. 1.; Lu. 19.; Lu. 12.; Apo. 11; mat. 24; ꝑme ad cori. 7.; ad ephe si. 4.

vnitatem primo demonstrauit quid
ad ro-ma. 12. conueniat diuersis: postea subiunxit
qd expediat oibꝰ velut nō sit scisma
in corpore/ sed vt sollicita sint mēbra
pro mēbris/ maxime cum dn̄s dicat.
Joa. 6. Qis qui veniet ad me/ nō eyciam fo
ras. Qd si dn̄s recipit tu expellis/ q̄
modo potes dicere locū christi teneo
in monasterio: nisi qꝛ sola diuersaruꝫ
excusat necessitas māsionū/ eo ꝙ nō
possit vna māsio in se species diuer-
sas cōtinere. ¶ Quā vo lōge sit ois
moderna religio a forma ecclesie pri
mitiue eoipo itelligi pt/ quo illa apo
stolos ⁊ euāgelistas doctores ⁊ vir-
gines ⁊ ꝯlātes vitam cōtinētes q̄qꝫ
⁊ cōiugatos veluti vnus cortex ma-
li punici: diuisis tn̄ cellulis māsionuꝫ
cōiūgebat in vnum ⁊ cōiunctis mē-
broꝝ speciebus efficiebat ex omnibꝰ
vnum corpus. Nunc autē alibi cor-
pus mēbra ⁊ singula pro seipis/ non
pro alijs sunt sollicita. Cap. 23m.

Bene aūt redirēt christiani ad
formā illam/ si vna queqꝫ do
mus religionis diuersis foret
māsionibus sub certo nume-
ꝑ'man-sio ro fratrum ⁊ etiā māsionū distincta.
Quia tunc ſm deuꝫ ordinatū videre
tur/ si prima qdem māsio seruoꝝ dei
cōtineret seniores etate ⁊ corporum
molestia laborantes qdem/ ⁊ si alias
perfecti esse queant sunt tn̄ in multis
⁊ precipue in alimētis pia cōsidera-
2a tione ⁊ misericordia idigētes. ¶ Se
cūda māsio cōtineret illos iuuenes q
seu pro necessitate aliqua/ seu ꝓ cer-
ta ifirmitate vacare lectioni ⁊ medi-
tationi non possunt/ qui tn̄ ministri
patiētes sunt in misterio fortes in la
bore eq̄nimes iferētes obediētie in
go: insup ⁊ vsqꝫ ad mortē obedire pa
rati: de talibus aūt dicit apl's: qui bn̄
ꝑme ad thi. 3. ministrat bonū sibi graduꝫ acquirit.
¶ Tertia māsio contineret illos q de
3a biles sunt ⁊ delicati ad faciēduꝫ/ sed

tn̄ lectiones sacras ardētissime dili-
gunt abstinētiā cōpetēter seruāt/ spi
rituali magis q̄ꝫ animali geudent.
¶ Quarta māsio cōtineret illos qui 4a
velut quedaꝫ astra celi/ terram inha-
bitare despiciūt hymnis spūalibus i
desinēter/ insistunt. delitias corpis ꝓ
veneno aufugiunt/ sola celestia cōcu
piscunt. ¶ Quinta māsio contineret 5a
illos qui feruētes sūt i fraterno amo
re ⁊ alioꝝ vtilitates potiꝰ q̄ꝫ ꝓprias
ituent: vnde ⁊ in cōuentu fratrū ma
nere/ ⁊ siue in modum canonicoruꝫ
regulariū siue ſꝫ regulā sancti Bn̄di
cti/ oino regulariter viuere ꝯcupiscūt
cātātes ⁊ psallētes in cordibus suis
dn̄o/ ac dicētes. Ecce q̄ꝫ bonū ⁊ q̄ꝫ io ꝑs. 132.
cūdum habitare fratres in vnū. hec
duo gn̄a cōuētualiū designata sunt i
piscibꝰ maris ⁊ volatilibꝰ celi. Quā-
uis illi cōuētus monachoꝝ qui infra
menia ciuitatū locati sunt/ magis in
piscibus maris q̄ꝫ volatilibꝰ celi de-
signēt: vtpote qui mūdanis fluctibꝰ
assueti hoc suaue extiment ⁊ iocūdū
ꝙ ad celum volātes vēturi monachi
exosuꝫ idicāt ⁊ amaꝝ. ¶ Porro sex
ta māsio cōtineret q̄ꝫutiliter designa 6a
tos in iumētis ⁊ aiantibꝰ terre: qꝛ ⁊
ipsi si vere diligant deū/ nō sunt alie-
ni a salute qꝛ nec separati a mēbris
corporis christi. Tales autēꝫ debent
eē ⁊ ipi quales decet christianos. Ut ꝑ'the. 4. c.
nō luxurie inseruiant sicut gētes que
ignorant deū/ sed habeāt vxores q̄si ꝑ'cor. 7
non habētes vasa. s. honeste ꝑlis ma
gis q̄ꝫ detestāde libidinis. Homo āt
qui ꝑfert piscibus maris ⁊ volatili-
bus celi ⁊ iumentis vniuerseqꝫ terre
illos resp icit viros sanctos/ qui san-
ctitate ⁊ sapiētia ⁊ doctrina eos qui
designati sunt in piscibus maris vo-
latilibus quoqꝫ ⁊ iumētis miro mō
trāscendunt. Ac per hoc ꝑlati cetero
rū constituti fulgebūt iuxta illud da- Da. 12.
niel' quasi splēdor firmamēti ⁊ quasi
stelle

stelle in ꝑpetuas eternitates. Sane
ipsi hoi creato ad imaginē dei/datuz
est adiutoriuz simile sibi:q₂ vsus fuit
semꝑ ⁊ est sanctis matris ecclesie/vt
ois p̄latus habeat spālem ecclesiam
ꝑfectoꝝ discipuloꝝ quo qđ concipit
ex ore magistri effundat in corda sci
entiū populoꝝ. Hec đ tertio itellectu
quomodocūq₃ dicta sunt/ne đ eo pe
nitus tacere videremur/nō inferen-
tes p̄iudiciū his qui in illo tꝑe futuri
sunt. Sed p̄currētes adhuc velut in
aqua/quousq₃ veniat ille qui bapti-
ҫat in igne. Cū enim ingt venerit il-
le spiritus veritatis docebit vos oēz
Jo. 16. veritatem. ¶ Sed q₂ in vna eadēq₃
lectione tres allegorici intellect⁹ qui
cōueniant sigillatim singulis ꝑsonis
deitatis assignati sunt/necesse est/vt
assignet̃ ⁊ quartus qui sit cōis trib⁹
statibus ⁊ diuine conueniat vnitati.
Utpote q₂ tria tꝑa q̄ supra dicta sunt
in septēnarijs suis sꝫ vno septēnario
cōprehēdit icipiens ab exordio tem
porū ⁊ ꝑueniēs vsq₃ ad finē. Ca. 24.

4⁹ intel lectus Gene. 1 IN principio creauit deus celuz
⁊ terrā:terra autē erat inanis ⁊
vacua ⁊ tenebre erant suꝑ faciē
abyssi. Si futuroꝝ seculoꝝ que
per etates distinguunt̃ generatiōes
aduertimus ⁊ metas ipsoꝝ tēporuz
cōsiderare libet/liquet ꝙ tēpus illud
in quo creati sunt celū ⁊ terra q₂ con
dita est in eo spūalis creatura/ꝓpter
hec eni duo reliq̄ oia. Terra aūt erat
inanis ⁊ vacua/q₂ examinata huma
na natura in paradiso/inuenta est re
vera ianis ⁊ vacua. Quia si plena es
set gratia nō tā execrabilē incurreret
culpā:q₂ ibi deus habitat qui vita est
nō pōt eo habitāte ibi mortale inha
Apo. 12 bitare peccatū. Sed ⁊ tenebre erant
Gen. 3. suꝑ faciē abyssi/q₂ iaz ceciderat pars
angeloꝝ cuius princeps igressus ser
pētem tētauit Adam ⁊ noluit domi-
nus indicare cām iudicij qualiter pu
nit⁹ est a principio princeps tenebra
rum cū sodalibus suis/sed mansit oc
culta ⁊ obscura nimis/vsq₃ ad p̄sens
⁊ vsq₃ ad horam illam in qua veniet p̄ʳ ad co
dominus qui ⁊ illuminabit abscon- rin. 4.
dita tenebrarum ⁊ manifestabit con
silia cordium. Uerumtamen spiritus
domini ferebatur super aquas/q₂ in
electis angelis habitās spiritus san-
ctus iam se ostēdebat in illis esse spi-
ritum vite:⁊ q₂ non esset mors impij
in bene placito suo sed vita ⁊ miseri-
cordia in voluntate ipsius:dixit autē
deus fiat lux ⁊ facta est lux/lux icrea
ta deus est:lux creata angelus ⁊ ho-
mo:verum quidez sermo apostoli est
ad fideles. Eratis aliquando tene- adephe
bre nūc autem lux in domino/liquet si. 5.
ꝙ neq₃ angelus neq₃ homo esse lux
potest a semetipso sed ab eo tantum
cui dicit psalmista. Signatum est su- p̄s. 4.
per nos lumen vultus tui super nos
domine:vt ostenderet que esset ipsa
lux/subiecit ⁊ ait:dedisti letitiā in cor
de meo. Quare aūt sic/nisi q₂ illi soli
sunt lux in domino in cordibus quo
rū manet letitia spiritualis. Mane-
re aūt ipsam letitiā in filijs adoptio-
nis psalmista indicat in psalmo. 44.
Qui loquens regi christo quē vnxit ad Ro
pater spū sancto ait:dilexisti iustitiaz ma. 8. c.
⁊ odisti iniquitatez ꝓpterea vnxit te
deus/deus tuus oleo letitie pre con-
sortib⁹ tuis. si enim in hac letitia spū
ali nō solus est christ⁹/liquet ꝙ ꝯsor
tes ipsi⁹ ꝑticipes sunt hui⁹ letitie oēs
s. illi de qb⁹ ait Apl's/hēdes qdē dei:
cohēdes aūt chri. Qui igit̃ cohēdes
christi sunt ipsi sūt lux in dño/ob ꝑti-
cipationē letitie:q₂ vbi letitia spūalis
ibi spūs sanct⁹:⁊ vbi spūs. s. ibi lux.
Qđ si ita est:qd accipiēdū dicimus i
luce primi diei nisi iustos illos qui in
pria etate seculi electi sunt ad eternā
vitā/ita vt ꝑ dono gr̃e qđ acceperūt
mererent̃ vocari filij dei ad differētiā Gen. 6

eorum qui filij hoium dicti sunt: diuisit aūt deus inter lucē & tenebras vocans lucem diē & tenebras noctē: q2 tanta diuisio facta est in illa pma etate seculi inter reprobos & electos vt illi dicerent filij hoiu3: isti filij dei vocari p grām mererent. Illi ergo tenebre/isti lux. Illi nox/isti dies: q2 ab ipsis cōcepit mūdus exempla malitie: ab istis priusq3 iungerent sibi filias hominum norma3 iustitie & sanctitatis. Cap.25m.

2ª die SEcundo die dixit deus vt fieret firmamētū in medio aqua3 & diuideret aquas ab aqs. Et inchoata scda etate seculi edificata est arca in figura ecclesie per
Geñ.6 quā facta est diuisio inter aqs & aqs hoc est iter domū iusti & domos peccato3. Aque eni multe vt ait angel9
apo.17. in apocalypsi sūt populi multi. Quia & ipij relicti sunt extra pcepturi iudiciū de peccatis suis. domus autem iusti collecta ē in arca tanq3 honorata a dño & cōseruata i celis. Quāuis nec post diluuiū defuerit imitatio malorū maxime cu3 vnus ex filijs Noe etsi corpore saluatus fuerit in arca mēte tamē & aio fuerit extra relictus
geñ.9. vtpote qui expers effect9 est a benedictione paterna. Etenim firmamētum solidum ipsa eterna benedictio fuit a qua lōge fact9 est cham & oēs reprobi vsq3 in psentē diē. Cap.26m.

3ª die TErtio die dixit deus. Cōgregent aque que sub celo sunt in locu3 vnū & appareat arida. Qui in dieb9 Noe diuisit domū ipsius a multitudine peccatorum & saluauit in arca. Ipse in 3ª etate seculi sepauit abraā & semē ei9 a ceteris natiōibus terre: & cōstituit
in terrā promissionis illud velut in vmbilico terre discedētibus populis a facie eius facta ē diuisio inter populū & populū ac si iter mare & aridā gētilē v3 & iudaicum.

Protulit aūt terra herbā virētem & lignū pomiferū iuxta genus suu3: q2 de stirpe ipsius abrae ortus est ppls fidelis q̄si herba virens: & nōnulli q pro pfectione dicerent ligna pomifera sicuti ioseph & moyses iosue & samuel & alij viri iusti quoru3 doctrina & exēplis letificat ecclesia vsq3 i presentem diem. Cap.27m.

QUartus dies in quo creauit deus solē & lunā & stellas: & post ipsu3 dies qnt9 in quo creati sunt pisces maris & volatilia celi. 4ª die
In 4° die designata est 4ª etas inchoata a dauid & termiata in trāsmigratiōe babylonis in qua claruit helias & heliseus & alij prophete viri sanctissimi: necnō & filij pphetarū cōmorātes in bethel & hierico de qbus in primo intellectu sufficienter diximus. Cap.28m. 4i reg. 2.

SImili modo in 5° die significata est 5ª etas a transmigratione babylonis vsq3 ad chr̄3 in qua aliqui iudeo3 velut assueti gurgitibus maris māserunt inter gētes inter quas orti sunt alij velut aues celi qui ascenderunt in montana iudee possidere ite3 sācta sua. Cap.29. 5ª die Esd.1. c.1.2.3.

SEcutus est dies sextus in quo significata est sexta etas ichoata a ioāne baptista & terminanda in primo in qua velut q̄da3 aialia terre creata sunt ad eternā vitam collegia saluādo3 & nihilomin9 & bestia3 & reptiliū multitudo innumera. Quas. s. bestias sub 4or bestiaru3 specie cōprehēdit daniel de quibus in li°apocalypsis occasione data vnius bestie ascēdētis de abysso copiose tractauim9. Ostēdētes q tps bestie inchoatū est ab herode terminatu3 in rege illo septimo de quo dic Jo. & vn9 nōdū venit. Et cū venerit op3 illu3 breue tps manere in quo & finis 6ª die Dan.7 Apo.13 Apo.17

finis erit hui⁹ q̄ꝫ nimis laborioſe eta
tis donec ſequaꝛ̄ ſeptima etas cui do
min⁹ oium bñdixit. Quáuis ſm aliá
rõnez inchoata ſit etas 7ª a Joanne
Baptiſta lꝫ aũt hui⁹ beſtie ſextá vni
uerſaliter cõprehẽdat etaté/ſpáli⁹ tñ
in 6º tpe hui⁹ etatis 6ª/ſupramodũ
exardeſcet in ira: ꝛ in oibus viribus
ſuis cõplebit opa regis ſui: faciet aũt
malũ iſtud beſtia illa quarta quá ſcri
Dan.7 bit in 6ª viſione Daniel ppheta ꝛ é
Apo.13 pars illius beſtie de qua agit Joan-
nes. Nõ.n. eidé Joáni oſtẽſuꝫ eſt in
vna hoc in 4ºʳ beſtijs longe ante vi-
derat Daniel. Format⁹ eſt quoqꝫ in
hac etate ſexta homo qui pſit oibus
creaturis/nõ ille q peccando pdidit
paradiſum/ſed is q p ſiſitudine pec-
cati expulſus é extra ſynagogá/is in
q̄ꝫ de quo pſalmiſta loquiꝛ̄ deo patri
ꝛ dicit/minuiſti eũ paulo min⁹ ab an
ps.8. gelis glía ꝛ honore coronaſti eum: ꝛ
cõſtituiſti eũ ſup opa manuũ ſuaruꝫ.
Non aũt ipſe ſolus: ſed ipſe ſimul ꝛ
eccleſia que eſt corpus eius: qꝛ ma-
Geñ.1. ſculũ ꝛ feminá creauit eos. Ca.30ᵐ.

Sequiꝛ̄ aũt 7ª etas que erit tṗs
iudicij ꝛ ire.ſ.reprobis: ꝛ exul-
tatiõis electis qꝛ faciet i ea de⁹
noſter iudiciũ iniuriá patiẽtib⁹
ps.145 ꝛ dabit eſcá eſuriẽtibus. Huic eteni
diei benedixit dñs: ꝛ ſanctificauit il-
lũ/Quia in ipſo erũt cõpleta oia my
ſteria regni dei ſicut ſcriptũ eſt: vt iaꝫ
Apo.10 diximꝰ i li° apocalypſis. Jurauit an
gelus p viuenté in ſecula ſeculoꝝ: qꝛ
tṗs iam nõ erit amplius. Sed in die
bus vocis ſeptimi angeli cũ ceperit
tuba canere cõſũmabiꝛ̄ myſteriũ dei.
hec de intellectu gñali qui ptinet ad
vnitatem deitatis eo ꝙ tpa triũ ſta-
tuũ cõprehẽdat ſub vno breuiter di-
cta ſunt: data tm̃ ſapienti occaſione
vt ſapiẽtior fiat: ne ſi oia volumus lo
qui opprimamur a glia: ꝛ dũ cupim⁹
multa fari ſileamus ab oibus. Nunc

itellectũ gñalẽ q ſeptim⁹ eſt a p̃ reſpe
ctu trium ſpecialiũ ſepe quartũ voca
mus ſm ꝙ tres pſonas ſolem⁹ dicẽ
vnũ deũ. Quod idcirco a lectore no
tari volum⁹ ne cám cõpẽdij arbitre
tur errorem. Ne aũt tres alios itelle
ct⁹ q medij ſunt iter ſpáles ꝛ gñalé oi
no i hoc ope taceam⁹. Opꝫ ꝛ nos ꝛ
de hijs aliqd pſtringẽdo iferre/vt ex
paucis q̃ ſeminare ipſi i ho c loco ſtu
demus poſſint in cordibus fidelium
copioſe ſegetes in locis alijs gñari.
Jn eo itellectu q ptinet ad prẽꝫ ꝛ ſpi
ritũ.ſ.in typo celi ꝛ terre id qđ itelle
ctu gñali accipiẽdũ é. Jn .7. v̇o die-
bus ſepté etates deſignate ſunt: que
iſto mõ ſunt aſſignáde. Prima etas Geñ.5.
ab adá vſqꝫ ad Noe decé gñonibus 10.11.
termiata. 2ª a Noe vſqꝫ ad abraam
decé gñationibus terminata. Tertia
ab abraá vſqꝫ ad booꝫ decé gñoni-
b⁹ terminata. 4ª a booꝫ vſqꝫ ad oꝫiá Mat.1
ſm Mattheũ dico decé gñonib⁹ ter
minata. 5ª ab oꝫia vſqꝫ ad ꝫorobabel
decé gñonib⁹ terminata. 6ª a ꝫoroba
bel vſqꝫ ad Chꝛm decé gñonib⁹ ter-
miuata. 7ª vſqꝫ in fineꝫ. Ecce iſto mõ
7ª etas inchoauit a Joáne Baptiſta
Nimirũ qꝛ lex ꝛ pphete vſqꝫ ad Jo mat.11.
ãné Baptiſtá: exinde aũt libertas q̃ Luc.16
eſt i fine ꝛ ſpũ ſcõ. ¶ Jn eo itellectu
q ptinet ad patré ꝛ filium vſqꝫ ad Za
chariá vſqꝫ ad Jouinianũ auguſtũ q
tenuit monarchiá poſt Julianũ apo vide ar
ſtatá ſupputatis ꝛ hic gñonib⁹ 14ᵐ chiepm
ſicuti ſupra ſcribit Matthe⁹. reliquo florẽ. in
v̇o tpe reputato in ſabbatũ. ¶ Jn eo 2ª parte
itellectu q ptinet ad filiũ ꝛ ſpũm.ſ.in chroni.
choádũ é ab oꝫia rege Juda. Sunt
eni ex eo tpe vſqꝫ ad pſens quaſi ſex
decade gñonũ: reliquum v̇o tpis qđ
erit vſqꝫ in finé reputaꝛ̄ in ſabbatuꝫ.
¶ Aſſignatis q̄ꝫ breuiter. 7. intellecti
bus iſtis admonẽdus é lector huius
opis ne putet vniuerſos vbilibet exi
gẽdos maxime cũ nõ ſit ſcriptum de

scis aialib⁹ vbi erat sp̃s: sꝫ cũ adiun-
Ezec. 1 cto vbi erat ipet⁹ sp̃s illuc gradiebãt
q̃ppe. Quia etsi mlte sũt vie q̃bus iri
possit ad multa: nobis tẽdẽtibus ad
vnũ vna tm̃ via necessaria ẽ. Ca. 31^m

NOe cũ q̃ngẽtoꝝ esset an-
noꝝ geuuit Sem/Cham/
Gen. 5. ꝛ Japhet. Noe pricipal'r
significat Christũ. Cuius
caro q̃deꝫ ꝑpagata est ab adã cõstat
eũ quodãmõ ſm hoiem a pricipio se
culi fuisse in mũdo ſm ꝙ scriptũ est.
Et de leui qui dr̃ fuisse decimatus in
Ad he- lũbis abrae eo ꝙ esset in lũbis eius
bre. 7. qñ decimas soluit. Sic eni Christus
Jesus dici põt a principio fuisse i mũ
do ꝑpter carnis originẽ que sumpta
ẽ ab adã quõ oẽs filij eius dicunt ce
cidisse in ꝑadiso: non ꝙ ipsi ꝑsonal'r
fuerimus sed q2 ex carne illius ꝑpa-
gati sum⁹ q̃ fuit ꝛ cecidit in ꝑadiso.
Gene. 3 ¶ Cũ igit Noe q̃ngentorũ esset an-
noꝝ genuit Sem Cham ꝛ Japhet.
Quia cõpletis q̃nqꝫ etatibus mũdi:
mat. 4. genuit Christus i fide discipulos ex
10. Judeis q̃ steterũt in fide alios q̃ post
Joã. 6. fidẽ abierunt retrorsuꝫ: alios qui ad
actu. 10 extremũ crediderũt ex gẽtibus. Nã
11. 13. stãte ordine ap̃lico designato i sem/
in fide Christi nõnulli quoꝝ typũ te
nuit Cham reuersi sunt retro ꝛ pla-
psi sunt: q2 ꝑẽsantes infirma Chr̃i i-
firmati sunt fide. Et q̃d in ip̃o debue
rũt fidel'r admirari obijciẽtes fideli-
bus irriserunt. Cũ cepissent aũt ho-
mines multiplicari sup terrã ꝛ filias
ꝑcreassent: vidẽtes filij dei filias ho
minũ ꝙ essent pulchre acceperunt sibi
vxores ex oibus quas elegerãt. Di-
xitqꝫ deus/ nõ ꝑmanebit spirit⁹ me⁹
in hoie in eternũ q2 caro est. Erunt
dies illius. 120. annoꝝ qñ Christ⁹ ve
nit in mundũ multiplicandũ reperit
genus hoium sup terrã: ꝛ ſm multi-
tudinem ita erat imẽsitas ꝛ enormi-
tas peccatoꝝ. Et hoc vnde gigãtes
inq̃t erãt sup terrã i dieb⁹ illis. Post
q̃ꝫ eniꝫ ingressi sunt filij dei ad filias
hoium/ illeqꝫ genuerũt isti sunt potẽ
tes a secl'o viri famosi. vidẽs aũt de⁹
ꝙ multa malitia hoium eẽt i terra: ꝛ
cũcta cogitatio cordis itẽta esset ad
manũ oi tp̃e penituit eũ ꝙ hoiem fe
cisset i terra. Filios dei vocari fideles
est q̃ dubitet. Et q2 p̃ filij israel credi
derũt in deũ viuũ ꝛ veꝝ dicti sunt ꝛ
ipsi filij dei: sic psalmista ait. Ego di-
co dij estis ꝛ filij excelsi oẽs. Porro ps. 81.
filie hoium ciuitates gẽtiliũ. ingressi
sunt aũt filij dei ad filias hoiuꝫ: qñ ꝑ
cusserũt Judei fedus cũ diuersis na
tiõib⁹ terre: eo ꝙ eẽnt pulchre mori-
bus ꝛ doctrinis hoium istitute sicut Jud. 8.
iuenit scriptũ i li° Maccabeoꝝ. ꝛ sic ꝛ Osee
eis iproperãt sci ꝑphe: q̃ arguũt eos 12.
ꝑcussisse fedus cũ Egyptijs: Cana-
neis assyrijs ꝛ chaldeis: ꝛ fornica- Jsa. 57
tos eẽ cũ hostib⁹ aiaꝝ suaꝝ. Q̃d cuꝫ
factũ esset orti sunt ex eis viri supbi:
de q̃bus vitas ip̃a dic. Ve vobis scri
be ꝛ pharisei hypocrite: q̃ circũdatis mat. 23.
mare ꝛ aridã vt faciatis vnũ ꝑselitũ
ꝛ cũ factus fuerit facitis eũ filiũ ge-
hẽne duplo q̃ꝫ vos. vt eni taceamus
ceteros. Qualis ꝑselit⁹ fuit herodes
sub q̃ nat⁹ est Christ⁹: q̃ audiẽs ꝙ de
bethleẽ Christus nascitur⁹ esset: nõ
est humiliat⁹ corde vt q̃reret in vita matt. 2.
te ꝛ adoraret cũ magis: sꝫ credẽs ꝙ
posset imutare ꝯsiliũ dei misit i beth
leem ꝛ occidit oẽs pueros regiõis il
lius. Qualis ẽt ꝑselit⁹ fuit alius he-
rodes: q̃ Joãnẽ baptistã decollauit:
ꝛ Christũ spreuit? Aut ille: si tñ non mat. 6.
fuit ipsemet q̃ post passionẽ dñi occi-
dit Jacobũ fratrẽ Joãnis gladio: ꝛ
q̃ꝫtũ in eo fuit nihilomin⁹ occidit ꝛ actu. 12
Petrũ: occidit eni eũ: ꝛ sine re/ volũ
tate tñ volẽs post pascha ꝑducẽ eum
ppl'o. Ecce q̃les gigãtes erãt i terra
Jsrael/ in tp̃e quo dei filius reuelat⁹
est mũdo. Tp̃e q̃ ꝑ salute mũdi d̃ vir
gine

gine nasci dignat⁹ est. Qui eni dete-riores eē potuerūt eis q ab ipo exor dio natiuitatis ei⁹ psecuti sunt Chri stū: ꝛ ñ ꝺstiterūt vsqȝ i finē. Cap. 32ᵐ.

Idcirco aūt gnonē illā vipeream spālī⁹ respicit ꝑmo diuin⁹: qꝛ ibi magis i hoc secl'o exercet de⁹ oi potēs iudicia sua vbi non ipune cōtēnit lex suscepta. Si eni illi q vi-debant hre legē simul cū pncipib⁹ ꝛ sacerdotib⁹ tales erāt: qd psumi po-terat de gētib⁹ ꝯuertēdis ad eos? ni si qꝛ ꝛ ipsi ad vltimū altū saperent ꝛ imitarent vestigia patrū suoꝝ? Et bn̄ ait scriptura. Isti potētes a seculo vi ri famosi: qꝛ illi multo magis multi-plicāt mala sup terrā: q de antiq no-bilitate ꝛ patrū potentia gl'iant. Et hec qdē illi qs designāt gigātes/ de⁹ aūt qꝛ vitas/ faciet qꝺ locut⁹ ē in ira sua ꝯstituēs terminū humano gn̄i q pteriri nō pōt. Dur⁹ ē aūt ꝑmo hic: ꝛ horribilis valde sup filios hoiuȝ. qd eni deteri⁹ q̄ȝ admittē spūm dei viui vt nō maneat i eternū cū filijs scele-ratis? Daf eni hoib⁹ spūs. s. qn̄ bapti zanf in Chr̄o ad hoc vt mortui pec-catis decetero iustitie viuāt. Sed eis plerūqȝ delinquētib⁹ in ml'tis nō tol lif ab eis gr̄a ei⁹: qꝛ illoꝝ digna ꝛ ꝑ-fecta ad deū ꝯuersio expectaf dicēte aūt dn̄o p pphetā: nolo mortē pctō-ris sed vt conuertaf ꝛ viuat. Qn̄ aūt sic supabundat iniqtas: vt frigescat charitas ml'toꝝ tollunf ab ingratis ociosa talēta vt denf alijs q openf in illis. Non pmanebit inqt ex eo spūs meus i hoie i eternū: qꝛ caro ē. Erūt dies illius. 120. ānoꝝ. 120. ānis. 12. de narios faciūt. Ego aūt satis vereor ne denari⁹ significet cētenariū ꝛ. 12. denarij accipianf p. 12. cētenarijs: qꝛ denarius ex. 10. monadis: Cētenari⁹ vo ex. 10. denarijs constat. Quia vo exēpla supbie ꝛ malitie ab antiquis gn̄onibus psto sunt: ꝛ nō desinit ty-rānoꝝ successio/ vsqȝ ad tp̄s iudicij qꝺ ꝛ ppe est de q recte dr̄ i scriptura vidēs aūt de⁹ q ml'ta malitia hoiuȝ eēt in terra: ꝛ cūcta cogitatio cordis itēta esset ad malū oi tpe/ penituit eū q hoieȝ fecisset sup terrā. Non vtiqȝ illū hoieȝ de q dic̄ Apl's/ q̄lis celestis tales ꝛ celestes: sȝ illū ꝺ q dic̄ q̄lis ter ren⁹ tales ꝛ terreni. ꝺ illo. n. hoie dic̄ psal'ista. iurauit dn̄s ꝛ ñ pēitebit eū. ꝺ isto. Exurge dn̄e nō pualeat hō. Si-ue aūt ex hoc q ait moyses loquēs in spū de deo viuēti tact⁹ dolore cor-dis intrinsecus/ siue in hoc qꝺ subiū xit. Et penituit eū q hoieȝ fecisset in terra: more humano locutus ē ꝑm q solēt hoies dolef ꝛ penitē qn̄ eis dis plicet in operibus. Cap. 33ᵐ.

Et notādū q plerūqȝ facit hō opus de q accidit ꝛ bonuȝ ꝛ malū ꝛ penitet se fecisse in eo qꝺ malū nō aūt i eo qꝺ bonū inde ꝯtingit intantū aūt cōplacet si-bi i bono: vt ēt si se sciat penitē ꝑ ma lo: non iō tn̄ omittat illud facere pro pter bonū qꝺ inde futurū ē. Licet au tē nō doleat deus aut peniteat sicut homo: nō tn̄ miseratio illa hominis Christi Jesu: qꝛ fleuit sup ꝑditā ciui tatē alienā ab illa miseratiōe diuini-tatis memoris impij lȝ occultuȝ sit ꝛ archanū valde: quō aliqd velit odiat ꝛ tn̄ fieri velit qꝺ odit: nisi quia illud oimodis nō manifestū est. Quod ꝛ si aliqd manifestū est fieri velit qꝺ nō amat ppter id tn̄ qꝺ amat fieri velit aut faciat aut pmittat. Sic sic deus oipotens fecit aliqua de qbus peni-tere se dicit: non qꝛ ipse fecit ipsa ma la: sed qꝛ alique creature quas fecit bonas/ malas semetipsas iustitiā de serēdo fecerūt. Et eum psciret mala ipsa que acciderunt bonis que ipse fecit: nō ideo tamē voluit non fecisse qꝺ fecit: sed dicit se penitere vt osten dat ipsa mala que facta sūt nequaq̄ȝ

Margin notes: Gen. 6 (beside "ait scriptura"); Exe. 18 (beside "aūt dn̄o p pphetā"); mat. 24 (beside "sic supabundat"); Gen̄. 6. (beside "meus i hoie"); Gen̄. 6. (beside "eēt in terra"); p'ad co rin. 15. (beside "tales ꝛ celestes"); ps. 109 (beside "psal'ista"); Gen̄. 6. (beside "xit. Et penituit"); De pe-nitē de clarato (beside "bi i bono"); Luc. 19 (beside "Christi Jesu"); Isa. 13. 14. (beside "ipsa que acciderunt")

accidiſſe in bn̄placito ſuo. Sic eni dꝛ
in ſequētibꝰ. Cū vidiſſet deꝰ terrā eē
coꝛruptā. Ois quippe caro coꝛrupat
viaꝫ ſuam ſup terram. dixit ad Noe.
Gen. 6. Finis vniuerſe carnis venit coꝛā me
⁊ ifra: Fac tibi arcā de lignis leuiga-
tis: Māſiūculas in arca facies ⁊ bi-
Gen. 7. tumine linies itrinſecus ⁊ extrinſe-
cus: adhuc enim ⁊ poſt dies ſeptem
ego pluā ſup terrā quadraginta die-
bus ⁊ quadraginta noctibꝰ: ⁊ dele-
bo oēm ſbam quā feci de ſupficie tre
De ar- Arcā ipſam matrē eē eccłiam oibꝰ ca
ca. tholicis notū eſt: que iō de lignis le-
uigatis fieri ꝑcipit: qꝛ leues opꝫ eſſe
ab oneribꝰ ſeculi ⁊ carnis humoꝛibꝰ
exiccatos/ qui tot millia hoiuꝫ gn̄a i
tātis ſunt pelagis ſeruaturi vt non ꝑ
carnis deſideria deoꝛſum ruāt: ſed ꝑ
v̓tutes ſpūales rapiant ad ſūmū. Ar
ca v̓o hec māſiūculas hēt in qbꝰ ma-
neāt aialia diſiūcta in ſpēbꝰ ⁊ gn̄ibꝰ
ſuis. Cōiūcta v̓o ſimul quātū ad diu
turnitatē arce/ qꝛ plures ſunt oꝛdies
electoꝝ nō vnus tm̄/ ⁊ tū in vniꝰ coꝛ
poꝛe eccłie ꝯueniūt pariter i fide chꝛi
Uniti ſunt eni pacis vinculis ⁊ ꝯiun
cti bitumine charitatis. Et bn̄ ait in-
trinſecus ⁊ extrinſecus: qꝛ niſi intus
amoꝛ ſit/ qcqd foꝛis oſtēdit falſuꝫ eſt
Et ſi foꝛis amoꝛis opus nō oſtendit
per affectū: affectꝰ iterioꝛis hois toꝛ
poꝛis inhertia inaneſcit. Cap̄. 34ᵐ.

Gen. 7. ANno v̓o ſexcenteſimo vite
Noe mēſe ſecūdo: ſeptimo
decimo die mēſis rupti ſūt
oēs fontes abyſſi magne:
⁊ cataracte celi apte ſunt. Et facta ē
pluuia ſup terrā quadraginta diebꝰ ⁊
quadraginta noctibꝰ. Si in quique
centennarijs quinque etates mundi
deſignate ſunt: quid in ſexto cētena
rio/ niſi ſexta etas ſignificat. In āno
ergo ſexcēteſimo iundauerunt aque
diluuij ſuper terrā ⁊ deleta eſt vniuer
ſitas carnis. Quia videlicet circa tē
pus plenitudis gētiū beſtia illa aſcē-
ſura erat de abyſſo/ que ſicut teſtatur Dan. 7
daniel/ deſtruet vniuerſam terram et
hominū multitudinē ꝑtrahet i abyſ-
ſum. Fontes abyſſi magne ipſa eſt in
undatio gētiū. Aque que ceciderunt
de cataractis celi ſignificāt ſectas he
reticoꝝ que ꝓdeūt de eccłijs ſicut ſcri
ptū ē. Ex nobis ꝓdierūt qui nō erāt pᵉ Io. 2
ex nobis/ nā ſi ex nobis fuiſſent/ no-
biſcū utiqꝫ ſtetiſſent. Teſtat aūt hoc
Ioā. in epła ſua que in libꝛo apocaly
pſis duo gn̄a ipſa hoiuꝫ peſſimoꝝ do
cet eē futura: quoꝝ vnū vocat beſtiā
aſcēdētē de terra. Quadragenarius Apo. 13
v̓o numerꝰ ſepe id qđ ſextꝰ deſignat.
Quadraginta enim dies duobꝰ addi
tis ſex hebdomadas faciūt/ que vi-
delꝫ ſex hebdomade aliqn̄ ſignificāt
ſex etates mūdi: aliqn̄ tꝑa ſignaculo
rū/ aut aptio eoꝛūdē. In hoc itaqꝫ lo
co qꝛ in ſexcētoꝝ ānoꝝ numero/ ſex
mūdi etates deſignant: ꝑfecto in q̄-
draginta diebꝰ minus aliqd deſigna
tur: hoc eſt tēpus illud in quo ſupꝛa-
ſcripte beſtie poteſtatē hēbūt ſup ter
rā. Sane in Noe ⁊ filijs eiꝰ/ ⁊ diuer-
ſis gn̄ibꝰ aialiū ⁊ volucrū diuerſe ſpe
cies ſaluādoꝝ deſignate ſunt: que q̊
id oꝛdine accidat ignoꝛamus. In ſi-
nu matris eccłie quā Chꝛiſtus edifi-
cat requieſcēt. Ad qđ illud quoqꝫ mi
hi ꝑtinē videt qđ ait dn̄s in euange Mat.
lio. Ubicūqꝫ fuerit coꝛpus illic ꝯgre- 24. ca.
gabuntur ⁊ aquile. Dedit vtiqꝫ dn̄s
exēplo huius diluuij ⁊ itroitꝰ noe et
filioꝝ ſuoꝝ i arcā. Et adiūxit ꝙ i no
cte illa duo erūt in agro uel in mola:
vel in tecto: ⁊ vnus aſſumet ⁊ alius Mat.
relinquet. Ita ſiquidē factū eſt in ar vbi. s.
ticulo diei illius. pars ſiquidē animā
tiū terre aſſumpta eſt in arca/ ⁊ ꝑs re
licta: quatenus pars altera mīſicoꝛ-
diā: ꝑs altera iudicij vltionē ſentiret.
Quā v̓o inundatio illa metuēda ſit/
indicat cū dicit. Uehemēter inunda
uerunt

Gen.7. uerũt aque ⁊ oĩa repleuerũt in ſuper
ficie terre. Porro arca ferebat ſuper
aquas ⁊ aque ꝓualuerũt ſup terram
Scriptũ eſt: vt iã dixi i li° apocalypſis
Apo.7. Aque multe ſunt ppli multi. Arca vo
ſup aquas fert/ qꝛ ſancta eccl'ia de q̃
incepit iudiciũ natabit quaſi nauis i
aqs maris: hoc eſt in motiõe illa gen
tiũ que futura eſt ſm q̄ plantis petri
aque fluctuãtes ſtagni/ ſeſe calcabi-
les ꝓbuerunt. Cap. 35m.

Qualit aũt hec futura ſint
nõ ad plenũ capere poſſu
mus. quia aliter ſomnij cõ
ſũmãdi ſunt ope/ alr cõie
cture ſentiunt. Aliquis
eni videt in viſione noctis inſurgere
beſtiam ꝯ ſe. Naufragari ſe in vndis
maris ſiue in ꝑcipitiũ ire: qui mox vt
euigilat/ triſte, ſomniũ eſſe cognoſcit:
ſed tñ quo ordine cõſũmandũ ſit nõ
agnoſcit. Sic mala iſta q̃ futura ſunt
magna qdẽ eſſe ⁊ vicina ſentimus/
ſed tñ quo ordine futura ſint: ⁊ queꝫ
articulũ corpis illius: ⁊ ſecũdus mẽ
ſis ⁊ ſeptimuſdecimus dies mẽſis ſi
gnificet ignoramus: ⁊ in quot annis
vel dieb9 terminent ſicut futuꝝ ẽ pe
netrare neqmus quouſqꝫ ſcindat ve
lũ tẽpli a ſũmo vſqꝫ deorſum. ¶ Nã
p quot ãnos aut dies ꝓtelat tps illḋ
qḋ deſignatũ eſt in 40. diebus: in q-
bus pluet ſup terrã/ ſiue in .150. icer-
tũ eſt: qꝛ tñ annoꝝ numer9 q ꝓcedit
oĩno ꝓcellit in q̃titate/ ſignificare h
breue tps in dieb9 vſus ipſe ſcriptu-
Sup il- raꝝ ratioqꝫ depoſcit. Et qdẽ tribulo
lud apo ſequẽs: quã factur9 eſt fili9 ꝑditionis
caly.11. in eccl'ia dei tribus annis ⁊ dimidio
mẽſib9 fieri ſollẽnis ſatis/ ſnia ⁊ a magnis vi
42. ciui ris tradita opinio tenet. Hec aũt que
tatẽ ſan ꝓcedet in romani deſolõe iperij in
ctã cal- certi eſt tpis ⁊ momẽti. de hac eni tri
cabũt. bulatiõe prima ſcribẽs apoſtolus ad
ꝑme ad theſſalonicẽſes ait: ḋ horis aũt ⁊ mo
theſ.5. mẽtis non neceſſe habetis vt ſcriba

mus vobis. Ipſi enim ſcitis: qꝛ dies
dñi ſicut fur ita in nocte veniet. Cuꝫ
eni dixerint pax ⁊ ſecuritas: tũc repẽ
tinus eis ſupueniet iteritus ſicut do-
lor in vtero habẽtis ⁊ nõ effugient.
Quia vo putauerunt diẽ dñi ſolam
diem illã eſſe accipiendã in qua ma-
nifeſtus veniens dei filius/ iudicatu
rus eſt mundũ errorẽ ipum q eos ex
ſterili timore cõpreſſerat: alia epiſto-
la correxit dicẽs. Rogamus vos fra
tres p aduentũ dñi noſtri Jeſu Chri ſcḋe ad
vt nõ cito moueamini a veſtro ſenſu: theſ.2.
neqꝫ fremamini neqꝫ p ſpirituꝫ neqꝫ p
ſermonẽ neqꝫ p epiſtolã tanq̄ꝫ p nos
miſſaꝫ quaſi ineſt dies dñi ne qs vos
ſeducat vllo mõ: qm̃ niſi venerit di-
ſceſſio primũ: ⁊ reuelatus fuerit ho-
mo peccati filius ꝑditiõis qui aduer
ſat ⁊ extollit ſupra oẽ qḋ dicit: deus
aut qḋ colit: ita vt in tẽplo dei ſedeat
oſtendens ſe tanq̄ꝫ ſit deus ſubaudi
tur nõ inſtabit. Ecce q in prima epi-
ſtola negauit ſignũ ad ꝑſciendũ dieꝫ
aduentus dñi/ in ſecũda dedit ſignũ
diſcenſiõis ⁊ reuelatiõis antichriſti:
vt p alio iudicio accipiat ille dies de
quo locutus eſt in prima epiſtola. p
alio ille vltimus de quo locutus eſt
in ſecunda. primus enim ſic ſurripit
vt ꝓuideri nõ poſſit. ſecũdus ſignis
euidẽtibus quẽ hunc ꝓpe eſſe iudi-
cent ꝓuenit diſceſſio. ſ. que ventura
primũ ⁊ reuelatio filij perditionis: ⁊
ſm euãgelium ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ Luc.21
ſtellis areſcentibus hoĩbus ꝑ timore
⁊ expectatiõe que ſupueniet vniuer-
ſo orbi. Quãuis ſi ḋ illa die agitur ⁊
hora incerta erit vtraqꝫ: qꝛ ſicut de il ꝑme ad
la dicit/ dies dñi ſicut fur in nocte ita theſ.5.
veniet. Ita ⁊ de iſta. Ecce venio ſicẽ apo.16
fur: beatus qui vigilat ⁊ cuſtodit ve
ſtimenta ſua. Sane poſt iudiciũ illud
qḋ precedet alterũ mox futuꝝ/ quod
qꝫ quaſi diluuiũ generale inundabit
in furore ſup faciem terre/ apparebit

ille iniquus quem dominus iesus in
terficiet spiritu oris sui ⁊ destruet illu
stratione aduẽtus sui: data tamen ali
quãtula pace inter vtrunq; flagelluz
vt possint recreari electi post primaz
hoꝝ tribulationẽ ad sustinẽda patiẽ
ter secuture discrimina. Cap̃.36ᵐ.

O Stẽso q̃z breuiter in duoruz
temporũ gestis/terrore qui
imminet hijs diebus ⁊ gau
dio quod in fine ꝯsequetur
electos. libet ad etatẽ tertiã mentis
gress:bꝰ trãsire: vt qđ minꝰ forte in s̃-
scriptis claruit/clareat in ſbscriptis.
Uel qđ ibi dictũ nõ est h̃ addat̃/q; ⁊
si mũdi cursus vnus est: opa tamen
domini que per tẽpora opat̃ diuersa.
De 3ᵃ etate ¶ Abraam ille seruus pater: cui dñs
in oibus bñdixit. Cũ eẽt fere cẽtũ an
Ge.17. 21.c. noꝝ gennit ex vxore sua filiũ/quem
semꝑ optauit ⁊ factꝰ est p̃riarcha in se
nectute sua. Qui ꝑus cũ eẽt iuuenis
ꝓlem ex iuuene nõ accepit. Erat eni
Sara vxor eiꝰ sterilis vt scriptura te-
stat̃/⁊ desierãt illi fieri mliebria. Uñ
Ge.19. ⁊ ancillã suã egyptiam tradidit viro
suo vt saltẽ ex ea filiũ videret̃ hr̃e. Hi
Ge.16. tauit aũt Abraam in mõtanis. Loth
Gen.13 aũt nepos eius in ꝓfũdo vallis quã
eodẽ tp̃e influebat iordanis ⁊ irriga-
bat̃ sicut paradisus dñi ⁊ sicut egy-
ptus. Ipsa est terra de qua dicit psal
mista/posuit dñs terrã fructiferaz in
ps.106 salsuginẽ a malitia ĩhitãtiũ in ea. Eo
dẽ quippe die quo locutꝰ est deꝰ/vnꝰ
⁊ trinus cũ eodẽ abraã ostẽsis illi tri
Ge.18. bus angelis in qbꝰ ⁊ loquebat̃/reue
lauit ei tanq̃z fidelissimo suo iudiciuz
qđ erat facturus/dicẽs ita. Num ce-
lare potero abrae que gesturus sum?
cũ futurus sit in gẽtẽ magnã ac robu
stissimã: ⁊ bñdicende sunt in illo oẽs
Ibidẽ nationes t̃re. Igit̃ reuelatũ est abrae
qui habitabat in mõtanis qđ nec dũ
reuelatũ erat loth qui morabat̃ imo
Nã dictũ est ibi a dño qui ⁊ loqueba
tur sibi ꝙ clamor sodomoꝝ ascẽdiss3 Ge.18.
ad eũ/⁊ ꝙ descẽsurus eẽt ad eos ad
experiẽdã veritatẽ. Qui cũ quereret̃
ab abraã vtrũ pro aliquãto numero
iustoꝝ flecteret̃ a furore ire sue? ⁊ ite
rũ atq; iteꝝ rñderet ac diceret/ꝙ pro
decẽ iustis parceret toti loco. Descen
dit deus in duobus angelis ⁊ ꝑuenit
sodomã hora uesꝑtina. Expꝑtusq; est Ge.19.
quodãmodo qđ audierat q̃si ante ne
sciret: vt discãt hoies nõ iudicare añ
tẽpus ⁊ nõ eẽ pigros ad eũdũ per se
causa exꝑiende veritatis vbiq;: q; se
pe nũtij mẽtiunt̃ ⁊ fallũt. Añquidẽ
ille dictꝰ est ire vel descẽdẽ qui vbiq;
est/⁊ velle exꝑiri v̄itatẽ qui nouit oĩa
ante q̃z fiãt: q̃si aũt ip̃e vadit cum va
dit nũtius eiꝰ. ⁊ cũ nũtius eius reci-
pit̃/recipit̃ ⁊ ip̃e/sicut ip̃a v̄itas testa
tur dicẽs. Qui vos recipit me recipit mat.x.
⁊ qui me recipit/recipit eũ qui misit
me. Igit̃ cũ ꝑuenissent angeli sodo-
mã/⁊ iniuriã ab incolis recepissent/
eduxerũt inde loth qui ⁊ receꝑat eos
Ceteri aũt cũ suis vrbibꝰ velut i ictu Ge.19.
oculi terribil̃r sunt puniti: vt oẽs qui
hoc audirẽt/scirẽt ꝙ altissimꝰ regna
ret in celis qui posset reddẽ vnicuiq;
s̃m opa sua. Et quidẽ ⁊ audierunt ⁊
audiẽtes timuerũt/egerũtq; peniten
tiã de reatibꝰ suis: Nũc aũt mundus
timorẽ dei/ante oculos suos nõ h̃ẽt.
Quidẽ si forte vnus de mille qnimo
de decẽ millibꝰ iuenit̃ ad terrã/qui q̃
si loth ille iustꝰ recipiat v̄ba dei in ho
spitio cordis sui/tollit̃ ab eo facultas
resistẽdi viris iniquis/ita vt nõ quasi
ciuis honoret̃ a filijs huius mundi si
habeat̃ contemptui/quasi accola ⁊
peregrinus. Cap̃.37ᵐ.

Q Uid igit̃ sperare põt mun
dus positꝰ in maligno: ni
si reuelationẽ ire ⁊ furoris
de celo? nisi vt potet̃ ⁊ ip̃e
calice Sodome matris
sue/vt quoꝝ sunt filia opa sis̃es ⁊ rui
ne.

ne. Sed melius hoc ostēdimus si ea que cōpilauim⁹ ſm lrām et mystice ꝑscrutemur. Abraā cui dictuꝫ est: Exi
Ge.12. de terra tua ⁊ de cognatiōe tua ⁊ de domo pris tui. Significat illos spūales ꝓlatos qui sola celestia ꝯcupiscūt Qui in hac ꝑegrinatōe solo corpore cōstituti/cogitatione ⁊ auiditate in il
ad gal. 4. la eterna pria ꝯuersant. Hui⁹ ordinis ꝑma vxor carnalis fuit gñans in ſui tute: qꝛ in oib⁹ ecclīasticis ꝓcedit ali
p'ad corin.3. qḋ qḋ aiale sit: dicēte Aplo quibusdā chrianis qui nouiter susceperāt vbū chri. Nō potui vobis loq q̄si spūalibus sed q̄si carnalib⁹: tanq̄ꝫ paruulis in chrō lac vobis potū dedi nō escā. Sed hoc forte illis qui neophiti erāt in fide chri. Et nō vt ꝓtermittā ceteros in chro spūales ꝓceteris eē debe ret ordo monachoꝝ. Sed de hoc nō opꝫ loq aliqḋ sed dolere. Multi dico sunt noie mōchi pauci re: dicēte dño
mat.16 nō potestis deo seruire ⁊ māmone. ⁊
p' ad timot. 6. aplo: qui volūt diuites fieri icidūt in tētationē ⁊ laqueū diaboli: ⁊ desideria multa inutilia ⁊ nociua que mergūt hoiem in iteritū ⁊ ꝑditionē. Qḋ si illi tales sūt qui lumē sūt ceterorū/ ipe in ceteris hoib⁹ tenebre q̄ꝫte sūt? Uerūtn adest tps vt nascat fili⁹ libē
ps.21. de quo dicit psalmista. annūtiabūt celi iustitiā ei⁹ pplo qui nascet quē fec dñs. ¶ Hoc aūt dico sequēs illū itellectū qui ꝑtinet ad 2ᵐ ⁊ 3ᵐ statū: hoc ē ad tps ecclie de quo nobis ꝓcipue cā est: nō ſm illū qui ꝑtiet ad ꝑmū ⁊ 2ᵐ itellectū: qꝛ nō tā querimus mō assignare ꝓterita q̄ꝫ iuestigare futura/ siqñ det nobis aliq̄ significatio ad fugiēdū a facie arcus. Igit ſm hūc itel lectū: nōdū datus est libē verus hēs nec dari pōt sicut expedit in oi tpe la boris. Quia va libertas a curis mū di nō pōt hri pfecte nisi in sabbato:
Ge.16. 21. hoc est in tpe libertatis. ¶ Qḋ vo eo anno quo nasciturus erat fili⁹ libē ꝓcessit iudiciū sodomoꝝ: signū fuit tēporis istātis iudicij qḋ factur⁹ est dominᵒ in filijs sceleratis. Qḋ illi sigdē designant in abraā qui audiūt i mōte cōtēplationis: qui autē manēt Sodomis quasi Loth: nō pñt scire oino nisi per descēdentes angelos ad eos hoc est per predicatores veritatis / qui cōdescendūt ad eos per viscera pietatis siquando pñt rapere illos a societate pereuntiuꝫ ⁊ seruare in die malo a ruina multorum. Rogat quo
que dominū Abraam per ciuitatem Ge.18.
sodomorū. Quia viri spirituales rogant dñm pro populo peccatore: vt saltem pro pietate iustorum indulgētiam mereatur. Siquidem ⁊ q̄ vsq nunc distulit dominus iudicare mūdum propter electos suos distulit: q erant in mundo/sicut ⁊ per Petruꝫ dicitur. Nō tardat dominus promissis / sed patienter agit propter vos/
nolēs aliquem perire: sed omnes ad 2ᵉpet.3.
penitentiā reuerti. Cap.38ᵐ.

Nunc autem quia non modo quinquaginta / verum etiam nec decem iusti iueniuntur in ciuitate: quid restat nisi vt pauce ille reliquie / que designantur in Loth exeant foras / ne forte ⁊ ipsi pereant simul in subuersione ciuitatis. Queris qui sunt illi boni clerici implicit curis mundi qui abhorrent quidem scelera impiorum: Sed tamen ab illorum participatione abstinere nequeunt quā diu cum illis manent in communi. Oportet autem illos egredi et peruenire saltem vsque Segor. Nimirum quia etsi vitam celibem ⁊ contemplatiuam ilico tenere nequeunt: saltē in ꝯiugali ⁊ actualivita/que hu milior est illa saluari queunt ⁊ habē illā in refugiū vsq ad articulum ꝑfe

ctōis extreme. Jn quo vz articulo tē poris/vxorē ducere: ⁊ pcreare filios nō licebit ipune: qꝛ scriptū est ve pre gnātibus ⁊ nutriētibus in illis die-
matth. 24. b⁹. Duo vō angeli mittunẗ sodomā qsi Moyses ⁊ Helias: qꝛ duo sunt gña spūaliū viroꝝ q mittunẗ a dño p dicare in mūdū. vnū ꝙ sicut Moy-ses pplo spūali pest simplr in deserto aliud ꝙ quasi helias vitā solitariam seorsum a cōuētibus ducit. Et bene duo tm̄ qui soli filius ⁊ spūs: q vnus p carnis assumptionē alius p visibi-
matth. 3. actu. 2. cap. les spēs in qbus se mortalibus reue lare dignatus ē. Solus aūt pr̄ a quo sunt filius ⁊ spūs. s. sicut a nullo ē: ita nunqȝ legiẗ missus. Quia recte quo qȝ ad vesperū puenerūt sodomā: qꝛ
Ge. 19. filius ⁊ spūs. s. velut ad vesperū hu ius seculi missi sunt i hūc mūdū. Et in fine huius sexte etatis mittenẗ ali qui viri spūales: in qbus loquiẗ ipse filius cū spū scōꝫ: q cōpellāt egredi de medio pctōꝝ viros metuētes dn̄m designatos i Loth. Ue aūt illis q ab utenẗ verbis eoꝝ: sed qꝛ multuz ptī-net ad rē mysteriuz Loth: scribenda sūt p ordinē vba hystorie: vt dū spiri tualr fuerint a nobis discussa/sentiat vnusqsqȝ qȝti gaudij sit religsse mun-dū: ⁊ qȝte trepidatiōis adhuc in secu lo corde manere. ¶ Uenerūt inquit
Ge. 19. scriptura duo angeli sodomaz vespe sedēte Loth in pforib⁹ ciuitatis: qs cū vidisset surrexit: ⁊ iuit obuiā eis/ adorauitqȝ pnus in terra: ⁊ dixit ob secro dn̄i declinate ad domum pueri vestri: ⁊ lauate pedes vestros ⁊ ma-ne pficiscimini in viā vestrā. Qui di xerūt minime: sed in platea manebi-mus. Cōpulit illos oppido vt diuer-terēt ad eū. Jngressiqȝ domū illi⁹ fe-cit cōuiuiū coxit azima ⁊ comederūt pri⁹ ante qȝ irēt cubitū/viri ciuitatis vallauerūt domū illius a puero vsqȝ ad senē oisqȝ popul⁹ simul. Uocaue-runtqȝ Loth ⁊ dixerūt ei: vbi sunt vi ri q itrauerūt ad te nocte adduc eos huc vt cognoscamus eos. Egressus ad eos Loth: post terguz ac claudēs ostiū ait. Nolite qso fratres mei/no lite maluz hoc facere/habeo duas fi lias que nec dū cognoscūt viros edu cā eas ad vos ad abutendum eis si-cut placuerit vobis dūmō viris istis nihil faciatis mali qꝛ igressi sunt sub vmbra culminis mei. At illi dixerūt recede illuc: ⁊ hic igressus es iquiūt vt aduena nunqd vt iudices. te eniz magis qȝ eos affligem⁹. vimqȝ facie bāt Loth vehemētissime. Jam ppe erat vt effrigerēt fores. Et ecce mise rūt manus viri ⁊ introduxerūt ad se Loth: clauseruntqȝ ostiuz: ⁊ eos qui erāt foris pcusserūt cecitate a mini-mo vsqȝ ad maximū: ita vt ostiuz in-uenire nō possent. dixerūtqȝ ad loth: habes hic tuoꝝ quēpiā generuz aut filios aut filias? Oēs q tui sunt educ de vrbe ista. delebimus eni locū istū eo ꝙ icreuerit clamor eoꝝ corā dño q misit nos vt pdamus illos. Egres- Ge. 19.
sus itaqȝ Loth ad gnos suos q acce pturi erāt filias eius ⁊ dixit eis. Sur gite. Egredimini de loco isto qꝛ dele bit dn̄s ciuitatē hāc. Cūqȝ eēt mane cogebāt eū angeli dicētes/surge: tol le vxorē tuam ⁊ duas filias quas ha bes ne ⁊ tu pariter peas in scelere ci uitatis: dissimulāte illo apprehēdide rūt manū ei⁹ ⁊ manū vxoris ⁊ filia-rū eo ꝙ pceret dn̄s illis ⁊ duxerunt euz posueruntqȝ extra ciuitatē ibi lo cuti sūt ei dicētes. Salua aiaz tuā. no li respicē post tergū: nec stes in oi ter ra circa regionē: sed i mōte saluuz te fac: ne ⁊ tu simul peas. Hucusqȝ vba libri. Nūc canēdo lugubre carmen expositionē soluamus. Cap. 39^m.

Quid est ꝙ pforib⁹ sedet Loth: nisi qa viri iusti q in seculo ma-nēt velut exituri de mūdo magis qȝ Intellect⁹ my-stic⁹.

extra

19.ge.c extra mundű ſunt q̃z que infra reſpi
ciunt. Et catena magis familie com
pediti q̃z voluntate aut amore műdi
inter viros ipſos cõuerſant̃. Renuűt
aűt angeli ingredi in hoſpitiű eius:
tanq̃z qui ad hoc miſſi fuerãt: vt euz
eductű de hoſpitio ab vrbis excidio
liberarent. Et qꝛ nullus alius preter
eű inuentus eſt dignus ad cuius ho
ſpitiű declinarẽt. Et certe ipſemet ſi
ſm ſeueritatẽ vir eſſet inocẽs ibi mi
nime moraret̃: Neſciẽs illud qd̃ poſt
ps.17. ea ſcriptű eſt. Cű electo electus eris:
⁊ cű pverſo pverteris. vidit aűt loth
angelos: ⁊ iuit obuiã eis/adorauitq;
pnus in terra eoſq; vt declinarẽt do
mű ſuã reuerenter orauit. Quia illi
ſoli qui deſignant̃ in Loth: hñt ocu-
los aptos ad cognoſcẽdos nuntios
oĩpotentis dei. Soli petűt ab eis vt
ad ſe ſaltẽ i vna nocte diuertẽ dignẽ
tur ne oĩno ſint vacui ⁊ expers a fru
ctu legatiõis ⁊ cõſolatiõis eoꝝ. Qui
bene quoq; ad lauandos pedes ãge
los inuitant qꝛ exhibito nűtijs oĩpo
tentis dei obſequio charitatis vt re-
creent̃ mẽbra opis labore feſſi hűili
ter exorant q̃tenus dű ſibi aliq̃d hu
manitatis exhibere feſtinent poſſint
iterű ſubire laborẽ ⁊ pcepta aliquan
tula cõſolatione cito pagere curſum
ſuű. Quaſi enim mane pficiſci ẽ nol
le pendinare ⁊ facere longã morã in
loco in quo nõ ſperat: ſed veluti co-
acti ſubſiſtunt renuűt aűt angeli di-
centes nequaq̃z: ſed in platea mane
bimus. Quia renuűt viri ſpűales in
gredi cű hoibꝰ műdanis ad pertra-
ctãda cű eis archana myſteria q̃ la-
titant in ſcripturis: ne forte nõ valẽ
tes intelligere patiant̃ ſcandalű cuz
eis q abierunt retrorſum: qui tñ eis
aliquid foris ſm litterã loq pati ſunt
vt nõ habeant excuſationẽ in nouiſ
ſimio die. Sed quid dicit veritas in
mat.11. euangelio. Regnű inquit celoꝝ vim
patit̃ ⁊ violenti diripiunt illud. Com
pulit Loth angelos ingredi: ⁊ igreſ
ſi ſunt. Sic ⁊ Chananea illa/cui di-
ctű eſt primo a dño. Nõ eſt bonű ſu/ mat.15.
mere panẽ filioꝝ: ⁊ mittere canibus
ob ſuã iportunitatẽ meruit audire: o
mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſi
cut petiſti. Ingreſſi ſunt autẽ angeli
in domű Loth cenaturi cum eo que
parauit in cibű: qꝛ hij qui mittunt̃ a
deo pro ſalute ſaluandoꝝ primo qui
dẽ ingrediunt̃ per verbű in domum
cordis ⁊ ſic qd̃ illis parant in cibű li
benti aĩo deguſtant dű nequaq̃z fer-
mentű malitie: ⁊ neq̃tie: ſed azimum ꝑme ad
ſinceritatis ⁊ veritatis apud illos in cor.5.
uenerűt. Prius aűt q̃z angeli irẽt cu
bitum/viri ciuitatis vallauerunt do
mű poſtulantes ad Loth vt educe-
ret ad ſe viros qꝛ ante q̃z requieſcant
viri dei in cordibus electoꝝ per ver-
bum vite: tunc enim regeſcunt cű eis
cű edificantes eſſe cõſpiciunt/acce-
dunt de cõtra viri ipij qui cupiunt vo
cari rabbi q̃rẽtes diſputare cű eis in
aſtutia lingue/vt eos afflictos ⁊ hu-
miliatos polluant immundo ſemine
maliloquioꝝ ſuoꝝ. Sed de hoc quid
dicendű. O quotiens vellẽt viri ſan
cti ingredi penetralia cordiű electo-
rű dei qui ſunt in mundo vt eis ipar
tiretur aliq̃d gratie ſpűalis: ſi eos p-
mitterent filij huius mundi quieſce-
re apud eos: ⁊ ſi non interrumperẽt
ſanctű ociű verbis iniquis/quaſi in ꝑme ad
ſublimitate verboꝝ maneat verbum cor.2.
dei ⁊ non potius in virtute ſpiritus
⁊ fide Jeſu Chriſti. Nã quis neſciat
filios huiꝰ ſeculi paratos eſſe ad diſ
putandű magis q̃z ad audiendum?
Et erectos aduerſus eos qui ſibi an
nuntiãt verbű vite/nolentes audire
excidiű huiꝰ műdi vt ſalui fiãt. Sed
oĩ genere apparere victores ⁊ luxu/
riari verbis diſputationű ſuarű. Ue-
rű Loth vadit poſt tergum: ⁊ oſtium

x

claudit aduersus eos vt nō egrediātur ad angelos. Quia viri metuētes deū inter fidē & pudorē positi/modestos se exhibēt ad vtrūq3/dū sic seorsum & quasi latēter resistūt inquantū possunt corruptoribus veritatis/vt tū corā sanctis doctorib⁹ nec ꝑ ipsa defensione veritatis loqui alicui presumant. Scientes illud quod scriptuz est. Corrumpunt bonos mores colloquia mala.

pᵃ ad corin.15.

Cap. 40ᵐ.

Quod aūt iustus Loth ꝑmittit se ꝑducere duas filias que nō nouerāt viros dūmō viros illos q igressi erāt sub vmbra culminis sui nihil iniurie ppetrarēt: tale ē vt sic diceret. Si vos delectat hīc discipulos in scientia vestra in quorum auribus effundatis doctrinā artium vestrarum/quā vt vobis faciatis nomē in secretario cordiū vestrorum cōtinere humil'r non potestis. Ecce sunt simplices idiote illos assumite & docete: & in illis iplete libidinē desideriorum vestrorum: viros aūt spūales quorū cōuersatio est in celis in pace dimittite & gete/ne hoc ipsuz nobis reputet si manētes in crimē apud talē iniuriā patiunt. Et bñ Loth duas filias q̄s habebat exposuit: q2 ꝓm practicā vt aiūt & theoricā/discipulos q eos audiāt hīc desiderāt/vt sibi non solū in carnalibus & humanis verū ēt in spūalibus & diuinis nomē magistery arrogātes ascribāt. Et hoc q dem Loth & hij q designant in ipso. Qui aūt meditati erāt inīqtatē in cubilibus suis nolebāt acquiescere deꝑcanti. Sed cū se magis affligere minabant dicentes recede. Ingressus hic es sic vt aduena: non vt iudices. Quia dum vident hij qui sapientes sunt in oculis suis & coram semetipsis prudentes viros iustos qui sunt in seculo zelari pro veritate eos quo q3 verbis malitie aggredi non verētur. Existimantes peregrinos in seculo eos qui nō habēt prudentiā in malū & quo se tueant in causis exercitiū lingue. Ut ergo eo tpe q̄ Christus venit in mūdū pontifices & pharisei & legis piti insurrexerunt ꝯtra ipsuz Christū: & cōfessores eius i disceptatiōe verborum. Ita & nūc consurgent aliq aduersus spūalez itellectū & discipulos veritatis qui oēs in viris illis pessimis q erant in sodomis designati sunt/eo ꝙ sunt iuxta illud apostoli adulterantes verbum dei: & eos qui spūaliter doceant violenter studeant intrare. Tales sunt illi clerici qui elegerunt viā latā & spatiosam que ducit ad ꝑditionem: & vsq3 ad finem vite sue cōmorari in sodoma & gomorra non illi qui cū abraam petierunt montana/quibus & reuelatū est consiliū dñi sup ruinā grecorum & latinorum: in ipsis eniz est mō sodoma & gomorra illis solis exceptis qui significant in Loth. Et notādū ꝙ ait scriptura: recordatus est abrae & liberauit Loth de subuersione vrbiuz in qbus habitauerat: q2 vt hoc mereantur viri iusti qui morant in consortio impiorum illorum iustorum meritis & orationibus dat qui significant in abraam hoc est qui non solū fide & qualicunq3 opatiōe iusti sunt: verum etiā cōuersatione illa celesti/que facit homines integros & ꝑfectos dicēte dño. Nisi quis abrenūtiauerit oibus que possidet non pōt meus esse discipulus. Igitur iustus Loth & prece & vi resistebat inquantū poterat viris iniquis: q2 hij qui designant i Loth resistunt inquantū possunt hijs qui abstulerunt clauem scientie: & nō sinūt ingredi alios in regnum dei ostendētes se adiuuare eos qui mittūtur ad ipsos vt opem ferant salutis: non q2 illi indigeant sed vt istorum fidelitas

mat.15. & Jo.8

2ᵉ ad corin.2.

matt.7.

Ge.19.

Lu.14

Luc.11

cōprobet

cõprobet/nam non ſolũ non reſiſte-
re vltra nõ poſſunt/verũ etiam vitu
perati ⁊ cõfuſi repellũtur ab eis faci
entibus eis vim ⁊ iam prope ianuas
effringẽtibꝰ. Effringere eni ianuas
⁊ non aperire eſt nõ mereri intrare ꝑ
fidẽ ad intelligentiã ſpũalem: que la
tet in cordibus electoꝝ: ſed quaſi hu
mana rõne ⁊ diſputatione verboꝝ
examinare verba dei que viri ſpũa-
les loquunt. mittunt aũt viri manũ
Ge.19. ⁊ introducũt ad ſe Loth ⁊ oſtiũ clau
dunt. Eos vͦo qui foris ſunt ꝑcutiũt
cecitate a minimo vſq; ad maximũ
ita vt oſtiũ iuenire nõ poſſint. Quia
oſtenſa viri ſpũales gratia ſpũs ſan-
cti: que in eis eſt in ope pietatis vi-
ros iuſtos qui ſunt in mundo/ꝑtra-
hũt ad interna myſteria narraturi il
lis/qd facturus ſit dominus in vrbi
bus iniquoꝝ. Aditũ eni itelligentie
claudunt dum ⁊ ſiſtẽtibus peccatori
bus aduerſus eos ⁊ muteſcunt peni
tꝰ ⁊ ſilent a bonis ne audiant ab eis.
De reliquo vox eoꝝ qui potius ꝑ ac
ceptã a dño iudicij poteſtatem ipſos
pctõres iterna percutiunt cecitate a
laico vſq; ad ſacerdotẽ: vt palpãtes
litterã nõ videant ſpũm ⁊ ſentiẽtes
exteriora libri internos apices non
ꝑcipiant. Et illi qdem manẽt foris ꝑ
cuſſi tenebris ⁊ cecitate/hij aũt q de
ſignant in Loth audiũt cõſiliũ ange
loꝝ dicentiũ. Si quos habetis qui ꝑ
tineant ad vos aut qui vobis iungã
tur affinitate educite de cõſortio ho-
minũ impioꝝ delebimus eni locum
iſtum: qꝛ ꝓfecto filius ⁊ ſpũs. ſ. qui lo
quunt in viris ſanctis minantur in
ſcripturis diuinis/quod ſe ꝓ culpis
hoiũ facturos eſſe denuntiant: con
ſulunt viris iuſtis qui ſunt in mũdo
men Aman qd iterpretat iniquitas
impleat omnẽ iniquitatem/nihil pre
termittens de vniuersis opibus pa-
tris sui. Et hoc qdem de supbia ei⁹.
Quid de ruina. Cum iubẽte rege as
suero inclinaret ois populus aman.
Et solus Mardocheus vt iam di-
ximus nollet adorare eum. Jlleq; q
iam antea obtinuerat a rege vt lice-
ret ei delere de terra cunctum popu-
lum iudeorum perpendens constan
tiam mardochei iret furibundus ad
regem/quatenus accepta licentia eũ
quasi ptumacem suspendi faceret in
patibulo. Accidit vt noctem illaꝫ du Hest.6.
ceret rex insomnem ⁊ legens in an-
nalibus suis inueniret scriptum ali-
quid in eisdem libris/pro quo remu
nerandum credidit Mardocheum:
⁊ honore insolito preferendum. Et

enim cum duo Eunuchi cogitarent
interficere regem/sciens hoc Mar-
docheus:indicauit regine ꝛ ipsa in-
dicauit regi ex nomine mardochei.
Utiqꝫ ꝛ propter hoc agnita veritate
receperūt mercedem impietatis sue.
Rex autem liberatus est a morte fi-
de ꝛ studio mardochei:ꝛ quia nullū
propter hoc premium ꝓsecutus erat.
Ubi hoc scriptum reperit Rex in li-
bris cogitare cepit tacitus infra se-
ipsum/quid ei pro tanta fide hono-
ris impendere potuisset. Cumqꝫ sur-
gens Aman mane diluculo pro pe-
tendo ad supplicium mardocheum
festinasset ad regem/preueniens euꝫ
Rex sciscitatus est ab eo/quo hono-
re esset condignus/quem Rex cupe
ret honorare. Porro ipse Aman cui
totum erat de superba presumptiōe
de humili timore nihil/Cogitans ꝙ
nullus esset nisi ipse de quo rex talia
loqueretur:imponendum esse ait su-
per sellam regis/ꝛ conducendum a
maiori tyranno per mediam ciuita-
tem/clamante ante ipsum ac dicēte/
hoc honore condignus est quem rex
voluerit honorare. Sicqꝫ factum est:
vt hoc ipsum iubēte rege ipsemet fa
Hest.7. ceret mardocheo:ꝛ ad extremum su
spensus in patibulo/quod ipse para-
uerat innocēti. Compulsus est agno
pue.26 scere illud sapientis. Qui parat foue
ꝛ Eccl'. am proximo suo/icidit in eam. Por
10.ꝛ ec ro Mardoche⁹ sublimatus est val-
cl'.27. de:ꝛ data ē ei potestas ꝛ gloria quā
perdidit Aman. Predicatumqꝫ est
in omni regno assueri ꝙ esset incly-
tus in palatio/ꝛ secundus a Rege.
Hec omnia consummata ꝫm litteraꝫ
videbunt in die illa qualiter sint in
spiritu consummanda. Etenim ꝙ
Mardocheus propalauit insidias
duorum Eunuchorum/q querebant
interficere regem/significat fidē Ro
manorum pontificum/ quā habue-
runt in deum suum/ꝛ quia non po-
tuerūt sustinere hereticos. Quorum
alij in fide trinitatis/alij in icarnatio
ne domini errauerūt discedētes a ca
tholica fide. Siquidem multa pro- Vid in
pter hoc perpessi sūt mala a regibus crōicis
Gotthorum/ꝛ Cōstantinopolitanis Archi-
augustis incitatis a scismaticis/ꝛ he epi ꝛ a-
reticis episcopis suis. Scriptum est liorum.
autem hoc in libro monimenti corā
domino ꝛ repositum est in memoria
eterna:vt retribuatur Petri vicario
in tempore malo:immo in tempore
opportuno. Cum enim putabit anti
christus eleuatus a superbia sua pos
se se etiam transcendere altitudinem
nubium/vbi ad perdendam memo-
riam romani pontificis ꝛ fidelis po-
puli de terra diriget impetuꝫ cordis
sui. Memor dominus electorum su
orum ducet velut insomnem nocteꝫ
illam/vt reddat vnicuiqꝫ ꝫm opera
sua. Erit autem nox illa/ nox tribula mat.16
tionis ꝛ angustie. Nox in qua(vt su
pra diximus)pertrāsibūt omnes be
stie sylue. Et nocte pessimo illi Amā ps.103.
qui cupiebat delere de terra genus
iudeorum/non erat licitum nisi po-
stulasset a rege. Nimirum quia ꝛ ibi
scriptum est. Catuli leonum rugien- psal. eo
tes vt rapiant ꝛ querant a deo escaꝫ dem.
sibi. Et in euangelio dominus Pe- Luc.22
tro. Ecce inquit Sathanas expeti-
uit vos/vt cribraret sicut triticum.
Ubi etiam congrue subiunctum est.
Ego autem rogaui pro te:vt non de
ficiat fides tua. Quia etsi permis-
sum est Aman tentare Mardoche-
um/non est tamen eum absorbere
permissum. Sane ꝙ Aman simul cū
rege regina inuitauit ad prandium.
Simile esse vi/illius simulate pacis 2.re.16
quā ostendit chusi Absalon dicēs ei.
Salue rex/salue rex/ quasi non esset
omnino cum Dauid:quatenus dece
ptus Absalon in verbis eius/ eo vte
retur

retur ꝯsilio/quod ⁊ sibi esset ad ꝑnici-
em/⁊ Dauid ad salutem. Sed nun-
quid ita licitum erit ecclesie in dolo
subuertere antichristum? Absit. Sed
queãdmodum pia fraus Jacob non
significat fraudem populi gentilis /
sed fidem/ sed obsequium / sed affe-
ctum. Jta nec pius dolus Hester do
lum designat ecclesie / sed dolorem.
Cernens hominem iniquum eleua
tum vsque ad astra assimilatum se-
metipsum altissimo/⁊ assumentem si
bimet sacrificium laudum. Tale est
ergo ac si diceret. Parauit tibi con
uiuium dominus deus meus: epu-
las quas ex me exigis inuenire cura
ui. Sed quia tu exaltasti cornu inimi
ci mei/⁊ non attendis omnia mala
que operatur in tenebris/assumens
sibi escas electas a multitudine po-
pulorum/Oro vt facias illum ades-
se ante conspectum tuum/ vt videãt
oculi tui malum quod cogitat cõtra
te/quatenus audita prece mea/ostẽ-
das te scire causam iniqtatum eius/
⁊ effundas super eum iram indigna
tionis tue. Quasi autem cum deo
omnipotente iturus est antichristus
ad conuiuium regine cum sacrificiũ
laudũ quod offerret ecclesia deo suo
2. ad the.2. ipse sibi attribuat manifeste. Osten-
dens se vt ait apostolus: quasi ipse sit
deus. ¶ Et notandum sm̃ hystoriã/
ꝙ si Rex ipse qui exaltauerat Aman
non antea vilipenderet eum licet vi
deretur a se esse secũdus nequaquaȝ
preciperet illi vt tantum honorem
impenderet Mardocheo qui sede-
Hest. 5. 7. bat in porta. Ex qua re datur intel-
ligi/ꝙ iaȝ aliquid persenserat de ma
litia eius. Jgitur cuȝ Rex esset hyla
rior iterato conuiuio promisit se da-
turum Regine quicquid ipsa petere
voluisset. Quia ibi se totis viribus
conuerteret ecclesia/ad opera pietatis
aduocans ad se dominum suum per
obseruationem duorum preceptoruȝ
charitatis dei/scilicet amoris ac pro
ximi. Dabitur ei ꝑ affectuȝ inspiratio
nis ipsius securitas obtinẽdi que po
stulabit: etiam si dimidiũ regni eius/
idest etiam si id peteret quod nõ de-
ceret/non quia illi petere expediret:
sed vt se in eius dilectione esse inte-
grum indicaret. Est enim veri signũ
⁊ perfecti amoris etiam id offerri di
lecto/quod dilecto/non liceat postu
lare. Ut sicut in eo q offert non que-
rit charitas que sua sunt/ita ⁊ in eo
cui offertur / magis diligenter gra-
tiam q̃ȝ proprium commodum con-
cupiscat. Petit autem Hester dari si Hest.7.
bi animam suã ⁊ animas populi sui:
hoc est / vt eriperetur populus eius
de manu seui hostis Amã. Quia ora
bat affectuose mater ecclesia pro se ⁊
pro omnib⁹ filijs suis/ quatenus mi
sertus deus lachrymaruȝ eius impo
nat finem tãte calamitati/nec dimit-
tat vsque in finem preualere impiuȝ
contra pios: sed liberet eos de manu
inimicorum suorum. Quasi autẽ tũc
primo sciet dominus malitiam anti-
christi: quia tũc se optime scisse ⁊ pre
scisse per equum iudiciuȝ demonstra
bit eripiens inopes de manu fortio-
rum: ⁊ reddẽs cito impijs sm̃ impie
tates suas: sm̃ quã rationem etiam
de somno euigilare dictus est psalmi
sta attestante qui dicit. Et excitatus ps. 77.
est tanquam dormiẽs dominus: tan
quam potens crapulatus a vino. vn
de ⁊ in alio psalmo. Exurge quare ps. 43.
obdormis domine/exurge ⁊ ne re-
pellas in finem. sic ⁊ obliuisci dicitur
cum dissimulat exaudire: sicut ⁊ in
sequenti versiculo subiunctum est:
Quare faciem tuam auertis ⁊ obli-
uisceris inopie nostre / ⁊ tribulatio-
nis nostre. Exurge domine adiuua
nos ⁊ libera nos propter nomen tu
um. Jgitur Assuerus Rex qui se

prius ostenderat mansuetum pulsatus prece vxoris iratus est nimis: qr Christus iesus qui aliquãdiu sustinebit iniquũ/ad preces electoꝝ suorũ signa iudicij sui manifeste ostendet. Quid plura? suspensus est tandem Aman iubente rege in excelsa cruce quã ipse pauerat Mardocheo. Quia sicut ipse antichristus decernet sollẽniter hostias Christi. Ita ipse sollẽni

Hest.9. ter & cũctis cernẽtib⁹ punietur. Exterminati sunt aũt a facie iudeoꝝ hij qui erant de parte Aman. Quia hij q residui erunt de cultoribus antichristi. Multi enim erunt qui non maliciose: sed simpliciter adherebũt ei: ꝑdicãtib⁹ fidelib⁹ chri deficiẽt i ea pte in qua male valebãt/& agẽtes pniaꝫ cõuertentur ad deum. Porro Mardocheus exaltatus est nimis & data est ei a rege potestas & gloria Amã: qr successor Petri qui erit in tẽpore illo/quasi fidelissimus vicarius Christi iesu eleuabit i sublime. Ut cõpleat

Jsa.2. illud qđ scriptũ est in Jsaia ꝓpheta. Erit in nouissimis diebus preparat⁹ mons domus dñi in vertice mõtium & eleuabit super colles & fluent ad eũ omnes gentes & ibunt populi multi & dicent. Uenite ascẽdamus ad mõtẽ domini & ad domũ dei iacob: & docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis ei⁹. Quia de Syon exibit lex: & verbum domini de hierusaleꝫ. Non leuabit gens contra gentẽ gladium/nec exercebuntur vltra ad prelium. Cap. 93^m.

Qui sanctoꝝ ꝓphetaꝝ v̄ba spũalit notat / eo potest de fine mundi manifestiora ppendere: quo constat/ꝙ nõ tã gesta ꝑterita q̃ȝ futura ꝑdicer missi sunt. Siue vt discat populus fidelis venerari illã virtutẽ in sanctis dei hoibus que ꝑdicit futura: siue vt data sibi significatione

ps.59. fugiant a facie arcus. Ne autẽ qđ in quinque libris cõcordiaꝝ digessim⁹ alienũ esse puter ab auctoritatibus ꝓphetaꝝ. Operpcium credimus/etiaꝫ de ipsis ꝓphetis aliqd sũmatim perstringere: & hoc ipsum huic opi vtiliter annotare: quatenus per pauca q̃ ipsi coartam⁹ in sũma/ valeat lector multa cogitare. Et primo qdẽ dicendum est de minoribus ꝓphetis/vt in maioribus contemplatione possim⁹ amplius immorari. Cap. 94^m.

In dieb⁹ Ozie regis iuda/exorsus est ꝓphetiam suam. Oseas

Osee.1 propheta/& vsq; ad Ezechiam

Jsa.1. perseuerasse d̄scribit sicut & isaias. Jste ad lr̃am tãgit decẽ tribus/ꝑdicens illas esse tradẽdas in manus regũ assyrioꝝ. Scđm cõcordiã tãgit ecclesias grecoꝝ quas d̄populati sũt saraceni. Scđm spũalem itellectum: gñalem illam captiuitatem quã passe sunt a romanis reliquie israel/que iuente sunt/eo tpe quo christus venit in mundum in terram promissionis. Quare incolatus prolongat⁹ est annis multis donec intraret plenitudo gentium de qbus dicit. Et erit in lo

Osee.1 co vbi dictum est eis. Nõ plebs mea vos. Jbi vocabunt filij dei viui. Qđ aũt de generali reprobatione illi⁹ populi qui conuertendus est ad christũ quẽ designat Dauid in fine tẽporuꝫ & dierum dictum sit ipse idem ꝓpheta manifestat cum dicit: dies multos expectabis me & non fornicaberis &

Osee.3 non eris cum viro. Sed & ego expectabo te: qr diebus multis sedebunt filij israel sine rege & sine principe / & sine sacrificio / & sine altari / & sine ephot/& sine therasin. Et post hec reuertentur filij israel & querent dominũ deum suũ & Dauid regem suuꝫ: & pauebunt ad dominum & ad domuꝫ eius in nouissimo dierum. Nota ꝙ

ait

ait in nouissimo dierum. Cap.95m.

IOhel videt ad litteram tangere regnum et eos qui polluerunt templum et vrbem/interfecta non parua multitudine/filiorum israel. Sed reuera regnum antichristi pronuntiat et diem illius magne calamitatis que erit in temporibus eius: de qua dicit.
Joh. 2. Ululate quia prope est dies domini: qua si vastitas a domino veniet: propter hoc omnes manus dissoluentur et omne cor hominis tabescet et conteret. Tortiones et dolores tenebit quasi parturiens dolebunt. Unusquisque ad proximum suum stupebit: facies combuste vultus eorum. Ecce dies domini veniet et crudelis et indignatione plenus et ire furorisque ad ponendam terram in solitudinem/ et peccatores eius conterendos de ea: quoniam stelle celi et splendor earum non expandent lumen suum. Quod autem
Actu. 2. post dies illos effundere se dicit dominus de spiritu suo super omnem carnem: et olim gestum esse legimus sicut commemorat Petrus: et post ruinam antichristi compleri sollennius expectamus. Porro quod ait. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem antequam veniat dies domini magnus et horribilis: de tempore isto quod est vicinum diei nouissimo: magis quam de tempore preterito dictum est: quod sequentia precipue manifestant cum dicit. Quia ecce in diebus illis et in tempore illo cum conuertero captiuitatem iuda et hierusalem congregabo omnes gentes et deducam illas in vallem Jo
Joh. 3. saphat: hoc est in artitudinem iudicii. Cap.96m.
amos. 1 AMos prophetauit in diebus Ozie regis iuda quo et Osea iste in typo Samarie et aliarum gentium increpat omnes peccatores terre/qui dissimulant conuerti de die
iob. 14. in diem. Ostendens positum esse terminum delinquentium qui preterire non possit: ne quis abutatur misericordia in superbiam dei dicens ita. Super tribus Am. 1. 2
sceleribus populi et super quartum non conuertam eum. Dicit autem hoc: quia per tres annos expectat dominus ficulneam infructuosam: super quarto vero sic Luc. 13
expectat/vt si conuerti noluerit/auferatur ei aditus conuertendi. Cap.97m.

ABdias prophetauit contra filios Esau dicens illos conculcandos a filijs israel. Significat autem in Esau populus iudeorum: in filijs israel gentiles qui crediderunt in christum. Quique occupantes testamentum sanctum: hereditatem eorum possederunt. Cap.98m.

IOnas missus ad Niniuem/fugiendum existimat in tharsis quem tamen fugere presumentem mare persequitur: piscis deuorat: redditur tandem et predicare compellitur. Quo predicante et dicente/adhuc quadraginta dies et Niniue subuertetur illi egerunt penitentiam in predicatione Jone. Significat autem Jonas filium dei qui missus est in mundum a deo patre vt redimeret gentes. Uisus est autem dissimulasse cum ait. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. Et illud in viam gentium ne abieritis: et in ciuitatem samaritanorum ne itraueritis: sed potius ite ad oues que perierunt domus israel: quasi autem fugiebat Christus a facie patris/quando illud facere videbatur veluti ex affectu carnis/quod sciebat non prodesse iudeis. Illud dissimulabat quod sciebat prouenire ad salutem gentium. Intumuit ergo mare contra Jonam. Intumuit iudeorum tumultus contra Christum: quando dicebant tolle tolle crucifige eum: et fuit filius hominis in corde terre sicut Jonas tribus diebus et tribus noctibus. Missus est ergo Jonas ad Niniuem postquam piscis eum euomuit: quia Christus

Jon. 1. (beside "IOnas missus ad Niniuem")
ad gal. 4. (beside "penitentiam in predicatione Jone")
mat. 15. (beside "simulasse")
mat. 10 (beside "bus. Et illud")
mat. 27 / et Luc. 23. et io an. 19. / mat. 12. / Jon. 2. / Actu. 13 (beside the final lines)

In suis membris transijt ad gentes postq̃ resurrexit a mortuis. Qđ aũt viri Niniuite penitentiam egerunt: & penituit dominum facere iudiciũ quod se facturum minat⁹ fuerat: designat conuersionem & penitentiam gentium pro qua de⁹ expectat vt nõ cito feriat delinquentes/sicut de illusoribus huius temporis Petrus dicit. In nouissimis diebus venient in deceptionem illusores iuxta ꝓprias ↄcupiscẽtias/ãbulãtes & dicẽtes vbi est promissio aut aduentus eius. Ex quo enim patres dormierunt omnia sic perseuerãt ab initio creature. hijs dictis quibusdam interpositis adiecit & ait: non tardat deus promissis sed patienter agit ꝓpter vos nolens aliquem perire: sed omnes ad penitẽtiam reuerti. Cap. 99^m.

Jon. 3.

scđe petri. 3.

Micheas ꝓphet auit in diebus Joathan & Achaz & Ezechie regum Juda. Iste Samariam & hierusalem vehementius increpat. Verumtamen post aliqua cõsolatur hierusalem & Judam dicens. Ex eodẽ populo Christum nasciturum: cuius exitus inquit ab initio a diebus eternitatis: quod si iudeus intellexisset/ nunq̃ de Joseph semine Christum natum dixisset. Secũdum vo concordiam non tam Samariam & Hierusalem q̃ constantinopolitanam increpat & romanam ecclesiam. Quod autem consolatur Hierusalem & Judã dicens. Ex Bethleem nascituꝝ christum designat spiritualem intellectũ processurum de paruulis in latina ecclesia. Qui regnaturus sit in populo videnti deum. Ut iam non viuant homines ẜm carnem: sed ẜm spiritum. Cap. 100^m.

mich. 1.

mich. 5

Naum iterituz Niniue hoc est totius mundi ruinam predicit. Nec penitet deũ sicut in principio: q: tempus est misericordie & tempus iudicij. Et qui in primo aduentu suo pepercit penitentibus: appropinquante fine mundi punit impenitẽtes. Cap. 101^m.

Abachuc ad litteram tangit chaldeos persequẽtes iudeos: ẜm concordiã tangit romanam ecclesiam ꝑsequentes: ẜm vo spiritum omnes impios christianos qui continue affligunt electos dei: quos tamen in fine terribili iudicio dicit esse plectẽdos. Cap. 102^m.

Sophonias in diebus Josie vaticinatus est: qui & ipse irã domini super iudam & hierusalẽ denuntiat affuturã. Haud dubiũ/ꝗ per regem & populum chaldeoꝝ qui tamen post iram promittit misericordiam. Judicium autem faciendũ de impijs: quod tamen ẜm concordiam & ẜm spiritum in populo christiano cõsũmationem accipiet. Cap. 103^m.

soph. 1.

Aggeus ad litteraz animat filios transmigrationis iuda/ad edificandam domũ dei. In spiritu vo tangit ecclesiam Petri: quam post ruinaz noue babylonis reformari opꝫ in gradum pristinum iuxta illud Isaie. Cõuertam manum meam ad te: & excoquã ad purum scoriam tuam: & auferam omne stãnuz tuum: & restituam iudices tuos vt fuerunt prius: & consiliarios tuos sicut antiquitus: post hoc vocaberis ciuitas iusti: vrbs fidelis. Predicit etiã aduẽtum domini in domum ipsam quam tunc edificabunt filij iuda dicens sic. Adhuc vnum modicum est: & ego mouebo celum & terram & mare & aridam. Et mouebo omnes gentes: & veniet desideratus cunctis gentibus. Et implebo domum istam gloria dicit dominus exercituũ. & post aliqua. Ego mouebo

Isa. 1.

Agge. 2

mouebo celum pariter ⁊ terram : ⁊
ſubuertam ſolium regnoꝛum: ⁊ con-
teram foꝛtitudinem regni gentium.
Et ſubuertam quadrigam ⁊ aſcenſo
rem eius: ⁊ deſcendent equi ⁊ aſcen
ſoꝛes eoꝛũ. Uir in gladio fratris ſui.
hijs dictis adiec̃ ⁊ ait. In die illo di-
cit dominus exercituum. Aſſumaꝫ te
Zoꝛobabel filium Salathielis ſerue
meus dicit dominus: ⁊ ponam te q̈ſi
ſignaculum: quia te elegi dicit domi-
nus exercituum. Igitur ⁊ hec ⁊ alia.
Eo ſunt magis referenda tempoꝛa
finis quo minus ad litterã ſtare poſ-
ſunt. Naꝫ nihil hoꝛum factum eſt in
diebus Zoꝛobabel: alius ergo eſt Zo-
robabel expectandus : ſub quo iſta
omnia compleantur . Hoc ſolum ad
litteram completum eſt : ꝙ deſidera-
tus cunctis gentibus venit: ⁊ tamen
verius complebitur in ſecundo ad-
uentu: quando celi mouebũtur ⁊ ter
ra: maxime eum non ante q̈ꝫ veniret
dominus ieſus eſſet deſideratus cun
ctis gentibus / quando neſciebatur
quis eſſet: ſed nũc eum iam per fideꝫ
cognoſcimus ⁊ diligimus euꝫ. Qua
in re ⁊ illud conſiderari opoꝛtet / ꝙ
non tam manufactam domum in ha
bitaculis / q̈ꝫ ea que edificatur d̉ lapi
dibus viuis. Cap. 104[m].

Zacharias pꝛopheta: ea que
pꝛopheta Agge⁹ pꝛopheta
uit ⁊ ipſe gloꝛiam : videli-
cet noue hieruſalem . Tan-
git ẽt ſub obſcuro enigmate gentes
que venture ſunt percutere eos qui
percuſſerunt hieruſalem / hanc eccle
ſiam candelabꝛum totum ſe videre
Zach. 4 fatef habẽs lucernas ſeptem in quo
ſeptifoꝛmis oꝛdinis deſignatur eccle
ſia. Due oliue hinc ⁊ inde duo pꝛo-
phete ſunt / quos hic mundus ventu
ros expectat. Due ſpecies oliuarum
que ſunt / Deus melius nouit . La-
pis v̉o habẽs oculos ſeptem qui da-
tus eſt coꝛam Ieſu ſacerdote magno
Chꝛiſtus eſt: qui habet ſeptem ſpiri-
tus dei hactenus ex parte magis ce-
latus in ſcripturis ſanctis extunc iaꝫ
pꝛeſolito manifeſtus. Quadrige q̈s cap. 6.
conſpicit / gentes ſunt / que faciẽt q̉
futurum eſt de Babylone iudicium.
Sed ⁊ multa alia dicit ſub occulto e-
nigmate. Que quidem ad pꝛimũ ad
uentum chꝛiſti ſm aliquam ſui par-
tem referenda ſunt. Sed tamẽ ad tẽ-
pus quod expectamus ⁊ in pꝛoximo
multo amplius pertinere noſcũtur:
e quibus eſt illud quod dicit: omnes
gentes congregandas contra hieru
ſalem: ⁊ capiendam eſſe ciuitatẽ. Et cap. 14
ſurrecturum ante deum ad pꝛeliãdũ
contra gẽtes illas ſicut pꝛeliatus eſt
in die certaminis. Quod totum refe
rendum eſt ad illam tribulationem /
que erit circa tempus Antichꝛiſti :
quando erit in diſcrimine hieruſa-
lem: hoc eſt eccleſia donec ſurgat do
minus in iudicium contra gentes il-
las: ſicut apertius ſcriptum eſt in ſex
ta parte libꝛi apocalypſis: vbi agitur
de equo albo . Et de eo qui ſedebat
ſuper eum quem ſequebantur exerci
tus ſimiliter in equis albis . Quod cap. 14
autem ſequitur in eodem pꝛopheta.
Et ſtabunt in die illo pedes eius ſu-
per mõtem oliuarum qui eſt contra
Hieruſalem : deſignat populum iu-
deoꝛum qui modo eſt contrarius ec-
cleſie / inclinandum a ſuperbia ſua / ⁊
percepturum incarnationem domi-
ni quam aliquando deteſtatus eſt.
Et quod infertur: diuidendum mõ- cap. 14
tem oliuarum in duas partes / deſi-
gnat diuiſionem populi illius / qui
vtiqꝫ ſm partem ſequitur Chꝛiſtum
⁊ ſm partem alteram antichꝛiſtum.
Unde ⁊ recte ibi ſequitur: ⁊ fugietis
ad vallem montium meoꝛum . Ni-
mirum quia tantus erit terroꝛ illi-
us perſecutionis : quam facturus

est antichristus que receptura est ipz populum iudeorum/vt omnes fideles derelinquāt ptinus que possidebunt & fugiāt ad ptectionem pfectorum virorum quorū cū ipsi sint montes dñi grata est in montibus habitatio. De hac repentina fuga sub aptione sexti signaculi in libro Apoca-
Apo.6. lypsis scriptum est. Oēs montes & insule de locis suis mote sunt. Et reges terre & pncipes/& tribuni & diuites & fortes & omnis seruus & liber abscondēt se in speluncbis & petris mōtium: & dicēt montibus & petris cadite sup nos/& abscondite nos a facie sedentis sup thronum: & ab ira agni. Quoniam venit dies magnus ire ipsorum & qs poterit stare. Et in
mat.24 euangelio dominus. Cum videritis abominationē desolatiōis que dicta est a Daniele propheta stantem in loco sancto qui legit intelligat. tūc qui in iudea sunt fugiant ad montes: & q in tecto est non descēdat aliquid tollere de domo sua: & qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam. Ue aūt pgnantibus & nutriētibus in illis diebus. Orate autem vt non fiat fuga vr̄a hieme vl' sabbato. Erit eni tunc tribulatio magna qualis nō fuit ab initio mundi vsqz modo neqz fiet/& nisi breuiati essent dies illi non fieret salua omnis caro. Et quoniaz in eodem loco protinus subiunctum est. Statim autem post tribulationez dierum illorum sol obscurabitur: & luna non dabit lumen suum: & stelle cadent de celo: & virtutes celorum cōmouebunt. Et tunc patebit signum filij hominis in celo: & tunc plangēt omnes tribus terre/& videbunt filiū hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa & maiestate. Recte hic quoqz per prophetam dicit.
cap.14 Et ecce dominus deus meus veniet & omnes sancti eius cum eo: & erit dies vna que nota est domino non dies neqz nox: & in tēpore vespere erit lux. Nimirum quia cum filijs huius seculi/erit initium noctis. Tunc filij regni inuenient principium lucis. Quod autem post aduentum domini vidētur ibi aliqua esse scripta que non pertinēt ad diem illum eternum qui erit post iudiciuz: mirum satis videtur hijs qui putant diem iudicij esse veraciter vnum diem: & non potius sm doctores catholicos vnum tēpus. Unde Augustin⁹ in libro de ciuitate dei. Quod in confessione ac pfessione tenet omnis ecclesia dei verum christum de celo esse venturum ad viuos & mortuos iudicādos. hūc diuini iudicij vltimum diem dicim⁹/ idest vltimum tempus. Nam p quot dies tendatur hoc iudicium incertū est: sed scripturarum more sanctaruz diem solere poni pro tempore nemo qui illas litteras quā lz negligenter legerit nescit. lib.20. Cap.1.

Cap.105^m.

Malachiam prophetarum vltimum quidam aggeo & Zacharie ptemporaneū dicunt. Hic peccata sacerdotum & totius populi vehementer increpat. Gentiumqz vocationē manifeste dicit/predicitqz Joannem baptistā sub nomine angeli: & Helie vēturum ante faciem domini: ita tamē vt circa finem seculi Heliam ipsum q dictus est thesbitē sm prophetiam ipsius vēturum esse credamus & dominatorem qui venit ad templum illud manufactum/preeūte in veritate Helia propheta vēturum esse non dubitemus iudicare viuos & mortuos/& seculum per ignē.

Cap.106^m.

Isaias sm hystoriam tangit iudeos: sm concordiam tangit latinos. Tangit autem sm eandē concordiam quasi mediam partē synagogici atqz ecclesiastici temporis

poꝛis: ideſt vł ea que a tempoꝛe ſuo vſqꝫ ad chꝛiſtum in ſynagoga. vł ea que ab obitu impatoꝛis Eradij vſqꝫ ad ſecūdum chꝛiſti aduētum futura vel fuerunt vel ſunt. Tangit autē ad litteram ſyros ⁊ philiſtijm ſm cōcoꝛdiam/perſas ⁊ longobardos. q̄zuis Gothi ⁊ Vandali in philiſtijm reputati ſunt. Quinque ſane fuerūt ſatrape philiſtinoꝛuꝫ quos reliquit dominus: vt in eis experiret iſrael. Similiter ⁊ iſti tres populi/quaſi quinque turmas fecerūt. Fuerūt nāqꝫ gothi ⁊ oſtrogothi ⁊ guigogothi ideſt gothi italici. Gothi oꝛientales/⁊ gothi occidētales/⁊ vandali/⁊ longobardi: qui multo tempoꝛe afflixerunt eccleſiam. Siquideꝫ aſtrogothi dicti ſunt gothi oꝛiētales. Gothi ſimpliciter italici. Guigogothi occidētales tangit ad litteram regnum aſſyrioꝛum ſm concoꝛdiam regnum quoꝛūdam ꝑncipum mundanoꝛum. Tangit ad litteram babylonem/⁊ reges eius. ſm concoꝛdiam Romam ⁊ imperatoꝛē eius. Tangit ad litteram iudiciū babylonis/ſm concoꝛdiam flagellum Rome pꝛo eo ſcilicet ꝙ altera hieruſalem/altera affligit ⁊ ancillat eccleſiam. Tangit ad litterā gloꝛiam hieruſalē pꝛo eo ꝙ ſol iuſtitie erat naſciturus in ea. ſm concoꝛdiam claritatem eccleſie in qua gloꝛioſus regnat chꝛiſtus Jeſus quā in illa hieruſaleꝫ in qua accuſantibus iudeis crudelē ſuſtinuit paſſionem. Tangit ad litteram pꝛimuꝫ aduētum chꝛiſti: ſm cōcoꝛdiam aduentum ſecūdum. Cetera verba pꝛophetie eiꝰ/ aut ſunt adhec pertinentia/aut ſunt exhoꝛtationes: ⁊ increpationes ad populum.

Verum hec omnia ſm concoꝛdiam duoꝛum teſtamentoꝛum. ſm vͦo ceteras intelligētias/quas tetigimus in exoꝛdio quarti libꝛi. Ubi ē impetus ſpiritus illuc gradiuntur pariter ⁊ rote ſequentes eum. Diximus enim ꝙ ex concoꝛdia duoꝛum teſtamentoꝛū pꝛocedit ſpiritualis intellectus ⁊ ipe multiplex ſm queꝫ hieruſalem ⁊ babylon/⁊ cetera que ibi ſcripta ſunt/ ſicut ⁊ in alijs locis ſcripturarum/tā multa habent ſignificare: vt de ſingulis libꝛis ꝓcedat abyſſus: ⁊ fons aque ſalientis in vitam eternam.

Cap. 107^m.

HJeremias ad litteram defle t peccata iudeoꝛum. ſm concoꝛdiam crimina latinoꝛum. Deflet ad litteram deſtructionem hieruſalem. ſm concoꝛdiam deſolationem eccleſie. Verumtamen ſm litteram puniendam iudicat Babylonem. ſm concoꝛdiam ciuitatem illam magnam que habet regnum: vt ait angelus Joanni ſuper reges terre. Pꝛedicit ſm litteram reedificandam iterum hieruſalem. Pꝛedicit ſm concoꝛdiam releuandam a ſuo caſu eccleſiam. Pꝛedicit autem reges multos venturos a partibus medoꝛum contra Babylonem. Quod quia non eſt vſquequaqꝫ completum in illa babylone: neceſſe eſt/vt in ſpiritu compleatur in iſta. Et hec regula generalis in omnibus fere pꝛophetarū oꝛaculis.

Nam ideo noluit deus ne omnia illa que pꝛedicta ſunt Dauid de filio qui regnaturus erat pꝛo eo complerentur in Salomone/vt aperte daretur intelligi/ꝙ alius Salomō erat futurus in quo eſſent omnia cōſummanda. Et idcirco non multi reges oſtenduntur egreſſi de regno medoꝛum qui pugnarent contra babylonē ſm vaticinium Hieremie qui dixerat. Suſcitauit dominus ſpiritum regum medoꝛum contra babylonē/ Hie. 51.
ſed vnus tantum/vt intelligatur impetus ſpiritus ad illam potius Babyloneꝫ directus de qua dicit ange-

Apo.18 lus Joanni. decē cornua que vidisti in bestia hij odient fornicariam / et desolatam facient illam et nudam / et carnem eius manducabunt et ipsam igne concremabunt. Dixerat autem superius idem angelus decem cor-
ibidem nua esse decem reges siue quia decē erunt in veritate. Siue quia multi: sic et nonnulle promissiones prophetarum que facte sunt hierusalez et populo eius in aduentu messie irrite apparent ſm litteram. Ut discat intelligere iudeus nouam hierusalem / que fundata est Rome. Lapides autem preciosos apostolos martyres confessores et virgines: vel illaz que sursum est hierusalem de qua tam gloriosa dicta sunt per Joannem / vt re uera de ea intelligatur scriptum / sicut letantium omnium habitatio est
ps. 86. in te. Prophetauit autem et ipse de regibus terrarum: et de aduentu saluatoris in mundum. Que omnia ſz cursum concordie similia pro similibus exigūt. Seruatis nihilominus allegoricis sensibus cum proprietatibus suis. Tangit autez hec prophetia ſm litteram extremum tempus regni iudeoruz. Hoc est a diebus Josie: qui percussus est ab egyptijs. Secundum concordiam eam partez tēporis ecclesiastici / que cepit a diebus leonis pape / qui deuictus traditur a normandis / lz pius fuerit et laudabilis vite.

Cap.108[m].

PRophetia Ezechielis sicut et Jsaie circa plura dirigitur / lz et Hieremias eaipsa sūmatim etsi non adeo seriati tetigerit. Origo prophetie illius ab anno trāsmigrationis Jechonie / consummanda iuxta tempora ista. Prima tamē eius visio: que continet quatuor animalia: et rotam vnam habentez quatuor facies: non alicui tempori ascribenda est. Quia ibi nō de rebus terrenis / sed magis de celestibꝰ sermo est. Sunt autem quatuor animalia in testamento veteri patriarche: et leuite et prophetarum filij / qui morabantur in Hierico / quorum patres fuerunt Helias et Heliseus in doctrina et spiritu: et prophete qui prophetias ediderunt Jsaias: scilicet et Hieremias: Ezechiel et Daniel et pphete duodeciz. Patriarche itaqz quasi leones ab oriente: et leuite quasi vituli ab aquilōe: et Helias et Heliseus et prophetaruz filij velut aquile a meridie. pphete nouissimi et homines ab occidente. Patriarche ab oriente: quia ab eis fides Christi sumpsit originem: et quia tempore primi fuerunt prophete ab occidente / quia totus prophetarum impetus dirigitur ad finem mundi: sed et ipsi extremi fuerunt. Leuite vō et prophetarum filij ipsi quodammodo medij et collaterales fuerunt: lz ordo leuitarū precesserit. Jdcirco autem ab aquilone dicimus mansisse leuitas / quia qui carnali presunt populo multis maligni spiritus tentationibus vrgerentur. quas videlicet tentationes illi melius vitare poterant / qui cū Helia et Heliseo semotaz a popularibus vitam in Hierico et Jordanis heremo ducebant communez. Pro hijs omnipotens deus dedit quatuor similes in ecclesia sua / vt compleretur illud quod scriptuz est: pro patribus ps. 44
tuis nati sunt tibi filij. Cōstitues eos principes super omnem terraz. Dedit enim pro patriarchis apostolos pro leuitis diacones et euangelistas ꝓ prophetaruz filijs heremitas: pro prophetis doctores. Hec de quatuor animalibus. De rotis autē que sequebantur animalia superius dictum est. Tangit autem ad litteram idem propheta / Samariam et iudeam.

am. ƒm concordiam grecam ⁊ latinam ecclesiam. Tangit ibidem Assyrios ⁊ chaldeos. hic populum saracenorum qui multas grecorum oppresserant ecclesias. Et populum alterum qui latinam infestat. Tangit ad litteram tyrum ⁊ regem tyri. ƒm concordiam Siciliam ⁊ regem eius cuius exterminiū prope est eo ꝙ posuerit cor suum/quasi cor dei. perdetur enim de medio lapidum ignitorum. tradeturq; terra eius in manus nouorum chaldeorum. Cetera autē si quis hec verba ƒm spiritum contemplari voluerit iuxta quod singula loca exposcerint. poterit hec altius speculari. Tangit ad litteram regem Egypti: ⁊ Egyptum vniuersam. In quo imperator Constantinopolitanus: ⁊ regnum eius specialiter intelligitur cuius ruina prope est. Rex enim Babylonis ille dicitur / qui possidet Romam. Qui vero Romam amiserunt ⁊ regnant in Egyptum reputati sunt. Unde fit vt sermo prophetarum loquentium de Egypto / modo illud Regnum: modo alterum tangat / vtiq; ⁊ Babylon non semper pro Urbe Roma accipienda est. Neque enim in loco illo Romam significat vbi dictum est. de regibus Assyriorum transtulisse filios israel in Babylonem / ⁊ in alias terras / sed magis quicunq; sit ille / populum designat confusionis. ¶ Loquitur post hec de pastoribus qui pascunt semetipsos/dicēs ꝙ auferet dominus gregem suum de manibus eorum / vt non pascant vltra pastores greges/ ⁊ non pascant semetipsos. Quod ꝗ̃ sit metuendum prelatis ecclesiarum ipsi videant. Deinde resurrectionem mortuorum tanquam qui carnalibus loquebatur exponit. Indicat etiam aduentum Gog in nouissimis diebus. Quod quo ordine consummandum sit/ deus melius nouit. ¶ Postremo celeste quoddam edificium respicit/in quo nihil aliud ꝗ̃ celestem exhibet ciuitatem/ habens in hoc ipso plurimam concordiam cum Apocalypsi Joannis.

Cap. 109^m.

Daniel propheta qui apud Hebreos iter agiographa computatur/tangit que futura erant ƒm litteram a tempore suo / vsque ad aduentum domini in carne/ ƒm concordiam: ⁊ ƒm spiritum vsque ad finem seculi. Etenim in sexta visione sua / in Dan. 7.
specie quatuor bestiarum/tangit generaliter omnes tribulationes ecclesie. Specialiter autem eam quā facture sunt gentes in sexto tempore ecclesie quod prope est. In septima vō persecutione Antichristi / in Cap. 8.
specie illius cornu/quod dicit magnificatum esse contra orientem/ ⁊ contra occidentem / ⁊ contra fortitudinem: ⁊ deiecisse de fortitudine/ ⁊ de stellis ⁊ couculcasse eas in terra. Sed quia tam in hijs duabus visionibus ꝗ̃ in quibusdam alijs apertius preceteris locutus est de fine mundi. Oportet nos de eodem propheta id quod est sollennius/⁊ maxime huic operi necessarium prouidenter excipere/ ⁊ expositum diligenter fini huius operis dedicare. Atq; in ipso quo ad hoc opus quiescamus/⁊ ipsi ascribendi labore premissis duntaxat duorum prophetarum oraculis Jsaie / scilicet ⁊ Johelis ne quis ob breuitatem sermonis breuem esse fingat tribulationem futuram: ⁊ dissimulet penitere de peccatis suis. Sic enim inter cetera locutus est de ea Jsaias. Ecce Jsa. 13.
dies domini venit crudelis/⁊ indignatiōe plenus/ire furorisq;/ad po-

nendam terram in solitudinē: ⁊ pec catoꝛes eius conterēdos de ea. Quõ stelle celi ⁊ splendoꝛ earum nõ expan dent lumē suum. Obtenebꝛatus est sol in oꝛtu suo / ⁊ luna non splende bit in lumine suo. Et visitabo sup vr bes mala ⁊ contra impios iniquita tes eoꝛum: ⁊ quiescere faciam super biam infidelium ⁊ arrogantiam foꝛ tium humiliabo: pꝛeciosioꝛ erit vir auro: ⁊ homo mundo obꝛizo: sup hꝰ celum turbabo ⁊ mouebitur terra de loco suo super indignationem domi ni exercituum ⁊ propter diem ire fu roꝛis eius. Et erit quasi damula fugi ens ⁊ quasi ouis ⁊ non erit qui con greget. Unusquisqꝫ ad populum suũ conuertetur / ⁊ singuli ad terrā suam fugient: omnis qui inuētus fuerit oc cidetur. Et omnes qui super eum ve nient cadent in gladio. Infantes eo rum allidentur in oculis eoꝛum: ⁊ di ripientur domus eoꝛuꝫ: ⁊ vxoꝛes eo rum violabũtur. Ecce ego suscitabo super eos medos qui argentum nõ querunt: nec aurum velint: sed sagit tis paruulos interficient ⁊ lactantiũ vteri nõ miserentur ⁊ super filios nõ parcet oculus eoꝛum. Et erit babylõ illa glozioſa in regnis inclyta in super bia chaldeoꝛum. Sicut subuertit do minus Sodomam ⁊ Gomoꝛrā: non habitabitur vsqꝫ in finem ⁊ non fun dabitur vsqꝫ ad generationem ⁊ ge nerationem. Nec ponet ibi tentoꝛia arabs / nec pastoꝛes requiescent ibi: sed requiescent ibi bestie: ⁊ replebun tur domus eoꝛum dꝛaconibus: ⁊ ha bitabunt ibi strutiones ⁊ pilosi sal tabunt ibi: ⁊ respondebunt ibi vlule in diebus eius: ⁊ sirene in delubꝛis

cap. 14 voluptatis. ⁊ post aliqua: ⁊ perdā ba bylonis nomen: ⁊ reliquias ⁊ ger men ⁊ pꝛogeniem eius ait dominus deus: ⁊ ponam eā in possessionē eri cij ⁊ in paludes aquarum ⁊ scopabo eaꝫ in scopa terens dicit dominꝰ exer cituum. Jurauit dominus exercituũ dicens. Si non vt putaui sic erit: ⁊ q̃ modo mente tractaui sic eueniet. Ut conteram assyrium in terra mea ⁊ in montibus meis conculcē eum: ⁊ au feram ab eis iugum eius: ⁊ onus il lius tolletur: hoc consilium quod co gitauit dominus super omnem terrā hec manus eius extensa super oēs gentes. Et hec quidem de ruina ba bylonis. De aduentu vͦ antichꝛisti qui sequetur postea subsequēter ad iungit. Ne leteris philistea omnis tu quoniam iminuta est virga percusso ris tui. De radice enim colubꝛi egre dietur regulus ⁊ semen eius absoꝛ bens volucrem. ⁊ paulopost. Ab aq lone enim fumus veniet: ⁊ non est q effugiat agmen eius. Hec verba Isa ie: sic ħꝫ aliquid completa sunt in rui na illius babylonis que percussa est a medis / vt tamē multo amplius cõ plenda sint in ruina illius quam de scribit Joannes in libꝛo apocalypsis ⁊ de qua facit Petrus mentionem

cum quibusdam dicēs. Salutat vos ecclesia / que est in babylone. In eo dem quoqꝫ intellectu multa vatici natus Hieremias contra babyloneꝫ ⁊ in multis concoꝛdat cum beato Jo anne. Est autem Babylon regnum huius mundi: quod dicit dominus non esse suuꝫ. Cuius filij sunt omnes iniqui / omnes qui regnāt in sangui nibus ⁊ gaudent in erroꝛibus suis. Et quia falso sibi ascribunt nomen Chꝛistianum: hij qui letantur cum malefecerint: ⁊ exultāt in rebus pes simis / opoꝛtet inundare diluuiuꝫ gē tium contra eos: ⁊ delere de terra fi lios falsitatis / vt pꝛeparetur regnuꝫ filijs veritatis. Cap. 110ᵐ.

De hac inundatione gētiũ / etiam per Johelez dicitur Canite tuba in syon. Ulu late

1. pet. 5.

mat. 27

puer. 2.

iohel. 2.

late in monte sancto meo: contur-bentur omnes habitatores terre / q2 prope dies tenebrarum ꝛ cali-ginis. dies nubis ꝛ turbinis: quasi mane expansum super montes: ꝛ q̄-si quereretur causa: adiecit ꝛ ait po-pulus mult⁹ ꝛ fortis: ꝛ similis ei nō fuit a principio / ꝛ post eum non erit vsq3 in annos generationis ꝛ genera tionis: ante faciem eius ignis vorās ꝛ post eum exurens flāma: quasi hor tus voluptatis terra coram eo: ꝛ post eum solitudo deserti: a facie eius cru ciabuntur populi omnes: vultus eo-rum redigentur in ollam. Urbes in-gredientur in muro: current domos ascendent per fenestras intrabūt q̄si fur. ¶A facie eius contremuit terra: moti sunt celi: sol ꝛ luna obtenebrati sunt: ꝛ stelle retraxerunt splendorem suum. Et dominus dedit vocem suā ante faciem exercitus sui. Quia mul ta sunt nimis castra eius: q2 fortia ꝛ facientia verbum eius. Magnus ē eni3 dies domini: ꝛ terribilis valde: ꝛ quis sustinebit eum? Et hec quidē sanctus Johel. Cap. III^m.

Vt autem omittamus alios quorum longu3 est collige-re testimonia: veniendū est ad illum cui datus est de ce lo expositor visionum suarum: Da-nielem dico propheta3. Cuius supra fecimus mentionem. Qui ꝛ ipse mi-rabiliter exposuit visionem illam fa-mosissimam quam vidit ꝛ mox per-didit Nabuchodonosor rex: quate-nus explanatis aliquibus visionib⁹ eius / ꝛ nobis quo ad hoc detur vt iā diximus optata requies / ꝛ cōgruus huic operi imponatur finis. Et p̄us quidem de ipsa terribili visione / pro qua ꝛ occidendi erant sapientes ba-bylonis / eo ꝙ non possent illam in-dicare regi: qui mox vbi eam vidit: visam tradidit obliuioni. Uiderat eni quasi quādam statuā terribilē ꝛ sub-limem. Cuius quidem caput videba tur esse ex auro: pectus de argento: venter ex ere: tibie ex ferro: pedum v̄o media pars ferrea: reliq̄ pars fi-ctilis erat. Hanc statuam tam dissimi lem tāq3 multiplicem in metallis ita exposuerunt quidam patrum / vt im-perio romano tanq̄3 dominātí regna omnia tribuerent ferrum. Non eni3 erat aliq̄d illo in tempore regnum sa racenorum / per quod iam pene ꝛ cō teruntur quotidie aurum ꝛ argen-tū ꝛ es: ꝛ ideo vt ego existimo / ꝙ ex parte pro tempore predicebāt: vnde ꝛ aliqua opinando scripserūt / aliqua retractando emendauerūt: aliqua re liquerunt intacta exponenda singu-la in temporibus suis. Nos autē qui in fine sumus / multa possumus colli-gere de fine rerum / dicente vt iā me-minim⁹ in hoc opere angelo Danie-li: pertransibunt plurimi ꝛ multiplex erit sciētia. Arbitramur aute3 nos vl timi / qui mala illis futura / nobis pre sentia ituemur. significari in auro re-gnum chaldeorum medoru3 pariter atq3 persarum: q2 l3 reges mutarent in babylone / regnum tamen orienta le in eis integrum mansit sicut ꝛ Ro me accidisse cognouim⁹. Porro in argento regnu3 macedonum / quod initiatum est ab Alexādro ꝛ perseue rauit vsq3 ad tempora Maccabeo-rum. Sane regnum tertium assimila tur eri quod predixit Daniel domi-naturum vniuerso mundo. Ego non video cui aptius possit aptari q̄3 illi: in quo exijt edictum a Cesare Augu sto vt describeretur vniuersus orbis. Uerum hoc aliquando ꝛ alq̄ādiu multos sane regnum istud sustinuit agones / ꝛ vsq3 ad tempora saraceno rum deuictis hincinde hostibus se-pe / sepius triumphauit. Ut enim o-missis antiquis victorijs teneamus

Da. 12. Dan. 2. Dan. 2. Luc. 2.

extremas. Iustinianus iperator pu-
gnauit contra persas ⁊ vicit eos: pu-
gnauit contra vandalos ⁊ Gothos
qui inuaserant Africam ⁊ Italiam ⁊
deleuit eos: ⁊ ita purgato hostibus
romano imperio/reliquum vite sue
temporis peregit in pace. Sed non
ita contigit de gēte saracenoꝝ a qua
repleta ē terra quasi brucorum: qui quod
occupauit de finibus romanorum/
multo iam tempore tenuit violenter
⁊ quod olim recuperatum est a chri-
stianis in partibus vltramarinis: rur
sum eisdem preualentibus/cum mul
torum nece christianorum dolemus
amissum. Eo ꝙ sit gens ipsa reue-
ra indomabilis quasi ferrum: ⁊ ita
currat ad gladium/quasi qui currat
ad conuiuium/quousqȝ veniat tem-
pus visitationis ipsius. Suscitauit
autem deus regnum istud vt percu-
cap. 14 tiat Babylonem que a vino prosti-
tutionis sue corrupit omnem terram
sicut scriptum est in libro apocalypsis
hec decem cornua que vidisti ⁊ be-
stia odient fornicariam ⁊ desolatam
facient illam ⁊ nudam/⁊ carnes mā
ducabunt/⁊ ipsam igne cremabunt.
Quod autem pedum ipsius statue
pars vna ferrea erat ⁊ vna fictilis:
designat regnum nouissimum quod
erit in tempore antichristi. Quod
lȝ agente ipsa ferrea originem trahat/
ob mixturam tamen diuersarum gē-
tium que erit in ipso/non erit in eo
tanta soliditas quanta in preceden-
ti: quia ex parte erit regnum solidum
⁊ ex parte contritum/propter mix-
turam humani seminis que erit in eo.
Durabit autem regnum illud tem-
pore breui/quousqȝ lapis ille qui ab-
scissus est de monte sine manibus/
corruat super illud: ⁊ armis quibus
olim romanum vicit imperium/vin-
cat istud/⁊ deleat. Nihilominus reli
gas vniuersoꝝ regnoꝝ que designa-
ta sunt in auro ⁊ argento ⁊ ere/⁊ ipsum
solum implens terram maneat in eter
num. Neqȝ enim quia in fine seculi
de terra sublimatur in celum dissipa-
bitur regnum Christi: sed potius ele
uabitur in altum vt glorificetur cum
Christo. Quando autem dissipabun
tur omnia regna mūdi regnabit ipse
solus. Oportet enim ipsum regnare
donec ponat omnes inimicos suos ps. 109
sub pedibus suis: tunc adimplebitur
quod scriptum est per Zachariam ꝓ-
phetam. Erit dies vna que nota est Zac. 14
domino. Non dies neqȝ nox ⁊ in tē-
pore vespere erit lux. Et erit in die il
la. Exibunt aque viue de hierusalem
medium earum ad mare orientale/⁊
medium earum ad mare nouissimū.
In die illa erit dominus vnus ⁊ erit
nomen eius vnum: ⁊ erit vnus rex su
per omnem terram. Sic igitur lapis
ille preciosus qui de celo descēdet i-
pleturus est omnem terrā deletis vni
uersis regnis gentium qui pugnaue
runt contra illud. Et hec quidem de
visiōe quā vidit Nabuchodonosor/
pro qua iussi erant perimi omnes sa-
pientes babylonis/donec sanct⁹ Da
niel iret ad regem ⁊ idicaret somniū
⁊ interpretationem ipsius. De alijs
quoqȝ visionibus quas vidit ipe Da
niel/locus est/vt aliquid exolua-
mus.

Cap. 112m.

Vidit aliquando idem pro-
pheta/quatuor bestias exi-
re de mari diuersas iter se.
Et quarta erat ingt dissimilis alijs ⁊ Dan. 7
terribilis nimis. De quibus sane be
stijs diuersi diuersa senserunt. Et opi
niones suas profuturas posteris me
morie tradiderūt. Ego quoqȝ (quod
visum est mihi) de hijs bestijs in libro
apocalypsis sufficienter exposui. Di-
xi enim in leena significari synagogā
iudeorum: in Urso populū romanū:
in

in pardo varium moribus ⁊ linguis regnum arrianorū:in bestia que erat terribilis ⁊ dissimilis ceteris gentez saracenorum:gentem que reuera vngues ⁊ dentes habet ferreos : genté que comedit ⁊ cōminuit omnia:⁊ reliqua pedibus conculcat. Nimirum q2 nulli parcit ordini vel etati reputans indignos vita/ quicūqꝫ nefandissime secte sue nolūt suscipe prauitaté:huius bestie decem cornua hoc est decem reges erunt in fine siue ꝓꝫ littere veritatem/siue q2 multi erunt reges ipsius secte sicut ⁊ populi christiani. Ille autem vnus qui surrexit post eos/vltim⁹ rex ipsius regni erit qui ⁊ maiora mala faciet q̄ꝫ omnes precursores ipsius/sicut in eadem visione aperte demonstratur/cum dicitur. Quarta bestia quartum regnum erit in terra quod maius erit omnib⁹ regnis:subauditur infidelium:⁊ deuorabit vniuersam terram ⁊ conculcabit ⁊ cōminuet eā. Porro cornua decem ipsius regni decé reges erunt ⁊ alius consurget post eos ⁊ ipse potentior erit priorib⁹/⁊ tres reges humiliabit/⁊ sermones contra excelsuz loquetur ⁊ sanctos altissimi:conteret ⁊ putabit ꝙ possit mutare tempora ⁊ leges ⁊ tradentur in manus eius/in tempus ⁊ tempora ⁊ dimidium temporis. Hec de regno:de ruina autem sic. Et iudicium sedebit / vt auferat potentia ⁊ conteratur ⁊ dispeat vsqꝫ in finem. Regnum autez ⁊ potestas ⁊ magnitudo regni que est subter oé
celum detur populo sanctorum altis- [Dan. 7]
simi. dicit autem Joannes in apocalypsi. ꝙ isti reges congregati in vnū
pugnabunt cum agno:⁊ agnus vin- [Apo.17]
cet illos:⁊ ꝙ percutient fornicariam Babylonem ⁊ desolatam eam facient ⁊ nudam ⁊ carnes eius manducabunt ⁊ ipsam igne concremabunt. Ex quo apparet ꝙ iste vnus rex qui est caput bestie / similis erit Nabuchodonosor regi assyriorum qui pugnauit contra filios israel. Decé autem reges similes regum medorum qui percusserunt Babylonem:lꝫ enī vnus rex medorum legatur percussisse Balthasar regem Babylonis. Hieremias tamen plures reges medorum venturos esse predixerat contra Babylonem dicens sic. Suscitauit dominus spiritum regum medorum ⁊ contra Babylonem mens eius/vt perdat eā. Potest tamen fieri / vt regnum medorum atqꝫ persarum aliquod regnum christianoruz per concordiam requirat:vt alterum horum compleatur per concordiam alterum per mysticum intellectum. Quia v̇o post validissimam illam tribulationem quam facturus est Rex iste vndecimus quem similem esse diximus regis Assyriorum cum alijs qui venturi sunt ad auxiliuz eius: vénturus est alius similis Aman qui decreuit perdere de terra semen iudeorum. recte Daniel subsequenter ad-
iungit dicens. Ego Daniel post id [Dan.8.]
quod videram in principio/vidi in visione mea cum essem in Susis castro quod est in Elam ciuitatem. Et ecce aries vnus stabat ante paludez ⁊c̄. Dicit autem se vidisse hircum caprarum habenté cornu vnū insigne inter oculos suos. Qui percusso ariete ⁊ supatus magnus factus est vehementer. Deinde dicit fractum esse cornu illud magnū ⁊ orta esse quatuor super illud:de vno autem ex eis ortum est cornu modicum ⁊ factum est grande contra meridiem: ⁊ contra occidentem : ⁊ contra fortitudinem ⁊ magnificatum esse vsque ad fortitudinem celi:⁊ deiecisse de fortitudine stelle/⁊ cōculcasse eas ⁊ vsqꝫ ad ꝑncipem fortitudinis esse magnificatum/⁊ ab eo tulisse iuge sacrifici-

um/ꝛ deiecisse locum sanctificatio/nis eius. Robur autem datum esse contra iuge sacrificium propter peccata ꝛ prostratam esse veritatem in terra. Qui autem exposuit visionez ad petitionem Danielis dixit/hircū caprarum regnum esse grecorum. Cornu autem illud magnum esse regem primum/idest Alexandruz/qui percussurus erat Darium regē persarum/atque medorum. Quod autem fracto illo surrexerunt ingt quatuor pro illo/quatuor reges de gente eius surgent/sed non in fortitudine eius. ꝛ post regnum eorum cum creuerint iniquitates/surget rex impudens facie ꝛ intelligens propositiones/ꝛ roborabitur fortitudo eiꝰ/sed non in viribus suis/ꝛ supra quā credi potest vniuersa vastabit. Et prosperabitur ꝛ faciet/ꝛ interficiet robustos/ꝛ populos sanctorum ꝑm voluntatem suam: ꝛ dirigetur dolus in manu eius/ꝛ cor suum magnificabit/ꝛ in copia rerum omnium occidet plurimos: ꝛ contra principē ꝑncipum consurget/ꝛ sine manu conteretur. Et hec quidez scripta in libro.

Cap. 8. Utrum autem vltima pars huius visionis consummata sit/an consummanda / questio est apud multos. Confligunt enim in hoc loco caro ꝛ spiritꝰ/sicut in illo loco vbi loquitur

Pa. c. 17 dominus ad Dauid dicens. Cuz impleueris dies tuos/vt vadas ad patres tuos suscitabo semen tuum post te/quod erit de filijs tuis/ꝛ stabiliaz regnuz eius/ipse edificabit mihi domum: ꝛ firmabo solium eius vsqꝫ in eternuz. Ego ero ei in patrem/ꝛ ipse erit mihi in filium. Propter hec verba ꝛ similia dicit iudeus completaz esse promissionem istam in Salomone: ꝛ in templo illo manufacto quod destruxit Nabuchodonosor rex babylonis. Cap. 113m.

Doctores vͦo ecclesie ambulantes ꝑm spiritum dicunt non esse hoc dictum de Salomone/ sed de eo/ cuius in hoc ipo typum tenuit Salomon. Nec de templo illo manufacto sed de spirituali ecclesia. Non enim Salomon fuit heres Dauid qui noluit esse heres iustitie/sed christus iesus. Ut eni hoc esse intelligerēt sancti dei/auctoritas Pauli eos traxit ad fidem. qui loquens de Christo in epistola ad Hebreos hoc testimonio vsus est. Ego ero illi in patrem ꝛ ipse erit mihi in filium. Sic ꝛ in visione hac Danielis: non est extimandus Antiochus ille de quo dictum est. Cuz creuerint iniquitates surget rex impudens facie ꝛ intelligens propositiones: ꝛ si videatur id ꝑm sensum littere posse teneri/sed ille cuius typum tenuit Antiochus hoc est antichristus. Neqꝫ enim Antiochus cui tam pauci milites iudeorum tā strenue restiterunt supra qꝫ credi posset vniuersa vastauit / sed de illo de quo scriptū est. Qui extollitur ꝛ aduersatur supra omne quod dicif deus aut quod colitur/ita vt in templo dei sedeat ostendens se tanquam sit deꝰ. Unde ꝛ de fortitudine ꝛ de stellis dei esse dictum est. Quia in ipsa dei ecclesia que fundata est supra petraz operabitur iniquitatem. Ita vt etiam ꝛ de eruditis ruant: ꝛ etiā contra principem principum Christum scilicet Jesum eleuatus insaniat. Ut compleat omnia mala que de eo scripta sunt. Quia vͦ putari poterat qꝫ multi putant completam esse videlicet visionem istam in diebus Antiochi apparuit idem angelus Danieli ꝛ dixit ei. Ego veni vt docerē te que vētura sūt populo tuo in nouissimis diebus. dixit hec ꝛ paulopost cepit replicare verba superioris visionis faciens

Cap. 1.
Cap. 8.
2. ad the. 2. c.

faciens mentionem regum persaruz ⁊ Alexandri. Deinde introducens pugnam duorum regum aquilonis/ scilicet ⁊ austri. Ostendens regem austri esse regem iustitie. Regem vo aquilonis regem iniquitatis/quod nisi intelligatur de deo/⁊ de diabolo consideratis vniuersis gestis veterũ/omnis superficies sensus ⁊ sensus hystoricus euanescit. Si eni post Alexandrũ regem ostenduntur confligere reges ipsi/quomodo si terreni reges sunt/tãdiu durare creduntur? vt recte scribi potuerit in eadez visione in fine temporum ⁊ annorũ veniet Rex aquilonis contra regez austri. sz quia hec clara sunt ⁊ manifesta/libet eãdem visionez explanando percurrere: atque in ea huic operi finez dare. Ne forte (quod absit) prius occupet bellum/ q̃z prouideat vnusquisqz quod deficit ei ɓm ꝙ accidet filijs tenebrarum. Cap. 114m.

Dañ. 11 Ecce inquit tres reges stabũt in perside: ⁊ quartus ditabit opibus nimis. Et cum inualuerit diuitijs: concitabit omnes aduersus regnum grecie. Surget vo rex fortis: ⁊ dominabitur potestate multa ⁊ faciet quod placuerit ei. Quartus Rex qui mouit preliuz contra regnum grecie Darius fuit rex persarum/aduersus quem surrexit rex fortis nomine Alexãder qui ⁊ debellauit eum / eiusqz occupauit imperium. Ad quem vo finem deuenerit regnum Alexandri/sequentia manifestant cum dicitur: ⁊ cum steterit conteretur regnum eius/⁊ diuidetur per quatuor vẽtos celi: sed nõ in posteros eius. Non in posteros eius dicit / quia non erat habiturus heredes / neqz ɓm potentiam illius qua dominatus est. Quia diuisum ⁊ laceratum regnum imminutum est/ ⁊ virtute ⁊ gloria. Unde ⁊ mox subditur. Lacerabitur enim regnuz eius etiam in exteros. Laceratum quippe fuit regnum ipsius etiam in exteros: quia in multis portionibus diuisuz fuit. Sequitur: ⁊ confortabitur rex austri: ille scilicet rex austri qui in celis regnat: ⁊ in calidis amore spiritibus: eternam hereditat mansionez. Et hec aperte. Ubi enim regnũ aquilonis debilitatur scissione/protinus regnum regis austri confortatur ⁊ crescit. Etenim Alexander iste typum tenuit regis tenebrarum: vtpote cuius natiuitas lucem sicut traditur minuit/noctem auxit: ⁊ vsqz ad plurimam diei partem solis radios abscõdit. Huic sitienti humanum sanguinẽ/natus est post aliquot annos heres iniquus. Heres non carne: sed imitatiõe Antiochus: scilicet ille qui legitur in libris Maccabeorum in typo: haud dubium illius reguli de quo dicit Isaias: de radice colubri egredietur regulus: ⁊ semẽ ei9 absorbens volucrem. Significauit ergo Alexander serpentez illum antiquũ qui semper gauisus est in cruore. Antiochus detestandum illum regulum qui dicitur Antichristus. hic ergo Aquilonis Rex: immo ipsius locum tenens pugnauit aduersuz regem austri tempore maccabeorum/ querens dissipare legem dei. sed nõ preualuit: quia iaz incipiebat rex austri ostendere fortitudinem suam/⁊ strenuos milites suos destinarẽ in pugnam/⁊ tales qui pro lege ipsius vitam contemnerent temporalem. Unde ⁊ subditur: ⁊ cõfortabitur rex austri. Et quia victoriosissimi Maccabei cũ suis exercitibus preualuerunt contra eũ recte subiungitur: ⁊ de principibus eius preualebunt aduersus eum: id est aduersus regez aquilonis ⁊ aduersus principes eius. Et dominabitur ditione. Multa enim domi-

natio eius. hoc idcirco dicit: quia tẽpus ceperat appropiquare quo christus ipse qui preliabatur eo tempore in martyribus suis / iam erat in proximo venturus in mundum: regnaturus et possessurus Romanum imperium / quod erat similiter regis aglonis / immo specialius preomnibus regnis terre. Quod vero sequitur et post finem ãnorum federabuntur. manifestum est quod post multa illa prelia de quibus gloriose triumphauerunt Maccabei: inierunt tandem fedus cum regibus terre / et precipue cum romanis: in quibus omnibus rex aquilonis qui vocatur diabolus et sathanas imperabat. Unde et princeps dictus est mundi. Sequitur. filiaque regis austri ibit ad regem aquilonis facere amicitiam. Filia nanque regis austri synagoga scilicet iudeorum: iuit animo ad regem aquilonis apud romam / vbi erat sedes ipsius facere amicitiam cũ romanis / vt adiuti et roborati ab ipsis defendere se possent ab aduersariis suis. Sed nõ obtinebit inquit fortitudinem brachii / quia non eis prestiterunt auxilium quod polliciti sunt romani. maledictus homo qui confidit in homine. Et quãuis fidelissimi maccabei pia hoc ceperint intentione / non immerito tamen potius corruebant in bello / cuz de viribus humanis videbantur presumere: secundum quod non semel aut bis / sed crebrius accidisse legimus tempore regum israel. Pena nanque subsequens indicat precedens delictum. Unde et mox subditur: et non stabit semen eius / licet multis consiliis / et multa humana industria niteretur synagoga stabilire sibi regnum terrenũ / stare tamen non potuit: quia semper ea que sunt carnis / non que sunt spiritus sapiebãt. Unde et iusto dei iudicio traditi sunt in manus romanorum / ipsa scilicet et adolescẽtes eius / hoc est scribe et pharisei spiritualibus sensibus imperiti / qui ei promittebant temporalia. Sic enim sequitur. Et tradetur ipsa et qui adduxerunt eam adolescentes eius: et qui confortabant eam in temporibus / subauditur vt non reciperent verbum vite eterne: et hoc satis competenti iudicio. Qui enim fugiẽtes regem austri vltro elegerunt sibi regem aquilonis dicentes. nos nõ habemus regem nisi Cesarez. satis euidenti iudicio / traditi sunt pariter potestati illius / cuius se gloriabantur potestate muniri. Quid igitur? ergo ne reppulit deus plebẽ suam? Absit: nõ reppulit inquit deus plebem suam quã presciuit. Cecitas enim ex parte contigit in israel. Unde et hic tam pulchre quam aperte subiungitur. Et stabit de germine radicum eius plantatio. Quid isto splendidius. vitis vna cũ propaginibus duodecim et aliis palmitibus. 72. Et quid factura erat ista plantatio? aut quod illi nomẽ et que virtus. Et veniet inquit cum exercitu / et ingredietur prouintiam regis aquilonis et abutetur eis / et obtinebit insuper / et deos eorum et sculptilia. vasa quoque preciosa argenti et auri / et captiuam ducet in egyptuz. ipse preualebit aduersum regem aquilonis / et intrabit in regnum rex austri / et reuertetur ad terram suam. Quid ad hec dicitis o iudei? Superius habuimus regem austri et filiam regis austri. Et ecce nũc habemus quod de filia regis austri que pro sua culpa tradẽda erat regi aglonis remaneret plantatio: et ista plantatio vocaretur et esset rex austri. Quis vnquã audiuit huic simile? Quis ita posset soluẽ nisi christus? Rex austri / qui dicit antequam Abraã fieret ego suz. Nascetur de virga radicis iesse: et de ipsa progenie synagoge deus / scilicet

Joã. 12 · Hie. 17. · Joã. 19 · Joã. 8.

scilicet ante tpa/homo in fine seculo
rū.hoc est illud qđ sub eodem incar-
nationis mysterio per ꝓphetā Eze
chielē spūs sanctꝰ loquitur dicens.
Cap.17 Sumam ego de medulla cedri sub-
limis/⁊ ponā de vertice ramoꝝ eius
tenerum distringam/⁊ plantabo su-
per montem excelsum ⁊ eminentem
in monte sublimi israel plantabo il-
lud ⁊ erumpet in germē/⁊ faciet fru
ctum ⁊ erit in cedruз magnam ⁊ ha
bitabunt sub ea omnes volucres/⁊
vniuersum volatile sub vmbra fron
dium eius nidificabunt. Hec igitur
plantatio iure appellatur rex austri:
quia incarnata sapiētia/⁊ deus erat:
⁊ deus permāsit. Hic ergo deus vni-
genitus qui est verus filius dei igres
sus est prouintiam regis aquilonis
abutēs eis:⁊ obtinēs illos / insuper
⁊ deos eorum/⁊ sculptilia/auferēsq̄
vasa ꝓciosa argenti ⁊ auri/⁊ captiua
mat.27 ducēs in egyptū. Cū vз in cruce po
situs sustinuit q̄si agnus mansuetus
opprobrium passionis/qui tū descē
dens ad infernum/iam non/ quasi
agnus mansuetus opprobrium pas-
sionis sustinens/sed quasi leo fortis-
simus deuicit leonem rugientem / ⁊
frementem dentibus cōtra nos abu
tens ministros tartareos/⁊ exercēs
potestatem in regno eorum:oppri-
mensq̄ in fortitudine sua principem
demoniorum ⁊ sculptilia/in quibus
excolebantur super terrā : ⁊ animas
iustorum quas possederat diabolus
in inferno adducens secum in terrā
mat.27 iuda/ita vt venirent plurimi in san-
ctam ciuitatem/⁊ apparerent mul-
tis. Hec est illa captiuitas de qua pri
mo psalmista:postremo ⁊ apostolus
dicit : captiuam duxit captiuitatem.
ad eph. 4. Dedit dona hominibus. Impletum
est enim ⁊ illud quod aliquādo ipse
Luc.11 predixerat. Cum fortis armatus cu-
stodit atrium suum : in pace sunt o-
mnia que possidet. Si autem fortior
illo superueniens vicerit eū/vniuer-
sa arma eius auferet in quibus con-
fidebat/⁊ spolia eius distribuet. Un
de ⁊ hic dicit: ipse preualebit aduer-
sus regeз aquilonis/⁊ intrabit in re
gnum rex austri/⁊ reuertetur in ter-
ram suam. Ipse renera preualuit ad-
uersus regem aquilonis dominus ⁊
redemptor noster/quādo per oppro Isa.14
brium crucis vicit principem mūdi/
qui dicebat:in celū ascendam/super
astra celi exaltabo soliū. Christus in
quaз vicit diabolū:q2 humilitas pro
strauit sup̲biaз. Ille enim optauit si- ad phi. 2.
bi regnū: iste despexit. Et ideo dedit
illi pater suus nomē qđ est sup̲ omne
nomen:vt in nomine Jesu/oē genu
flectat/celestiū/terrestrium/⁊ iferno
rū. Et bene dicitur : itrabit in regnū
rex austri:⁊ reuertet i terrā suā. Hoc
eniз ipsemet declarat:quādo duobꝰ
discipulis q de eo colloquebantur di
cebat. O stulti ⁊ tardi corde ad cre- luc.24.
dendū in hijs que locuti sunt ꝓphe-
te/nōne hoc oportuit pati christū/⁊
sic intrare in gloriā suam . Sequitur
aūt:filij aūt eius prouocabant ⁊ con
gregabunt multitudinē exercituum
plurimoꝝ veniēs properans ⁊ emū
dans/⁊ reuertetur ⁊ concitabitur/⁊
cōgrediet cū robore suo filij diaboli:
idest iudei audientes ꝙ chris resurre
xit a mortuis ꝓuocati sūt ad irā ⁊ col
legerūt multitudinē hoiuз perditoꝝ
ad delendū regnū chri/qđ est ecclia.
⁊ ex hoc ꝯfortat diabolus ꝑmittēte
iusto iudice deo. Tentatum iteꝝ bel
lū committere ꝯtra regem chrim/cer
nens multitudinem iudeoꝝ ⁊ paga
noꝝ satis agere ꝓ voto suo. Uenit ⁊
exaltatum est iteꝝ cor eius in super-
biam iuxta illud. hз fiduciam ꝙ ior-
danis influat in os eius. Sequit. Et iob.40
ꝓuocatus rex austri egredietur ⁊ pu
gnabit ꝯtra regem aqlonis:q̄si enim

prouocatur rex austri contra regem aquilonis. Cum mittens armatā manum discipulorum suorum purgauit in gladio oris sui contra Romanos apud quos regnabat specialius rex aquilonis. Et cōmissum est prelium
Apo.12 illud magnum de quo dicit Joānes: Factum est prelium magnum in celo Michael ⁊ angeli eius preliabātur cuz dracone: ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli eius. Et quid ibi segtur? Et non preualuerunt neqȝ inuentus est eorū locus amplius in celo. Unde ⁊ hoc subditur. Et dabitur multitudo in manu eius/⁊ capiet multitudinem ⁊ exaltabitur cornu eius/⁊ deiciet multa millia Completum est hoc diebus constantini principis quando debellatum est romanum imperiuz ⁊ multi quasi coacti conuersi sunt ad fidez christi: qui ꝑus ne se illi subderēt cōtumaciter resistebant. Factū est istud sed non ait preualebit. Quia nimirū vbi se vidit Diabolus amisisse virtutem ⁊ proiectum esse de celo in terram abijt iratus ⁊ furibundus cogitans ⁊ pertractās quo modo se posset vlcisci ⁊ capere vindictam de cōtumelia sua. Exinde ergo ⁊ vsqȝ nūc machinatus est quid faceret in finez temporum sicut in eodem loco apocalyps. subiunctuz est. Ue terre ⁊ mari qr descendit diabolus ad vos habens iram magnam sciens qr modicum tempus habet. Notandum v̇o quod ⁊ de Christo scriptuz est in hac visione: deiciet multa millia ⁊ nō preualebit. ⁊ de diabolo ⁊ angelis eius dicit Joannes: ⁊ non preualuerunt. Si ergo nec Christus in illo primo prelio ex toto ꝑualuit: nec diabolus aduersus Christum. Multus enim populus datus est Christo: ⁊ multus remansit in potestate diaboli. Restat vt aliud atqȝ aliud adhuc cōmittatur vbi ex toto supeꝛ diabols. Cap. 115m.

SEd de secūdo prelio videam⁹: qr iam nunc modis omnib⁹ appropiquat. Dixit angelus de rege Austri ꝙ daretur multitudo in manu eius: nec tamen preualeret. Et quasi quereretur qua ratiōe hoc diceret. respondit: conuertetur enim rex aquilonis ⁊ preparabit multitudinem multo maiorem q̄ȝ prius/⁊ in finem temporum annorumqȝ veniet properans cū exercitu magno ⁊ opibus nimijs. Et in temporibus illis multi consurgent aduersus regē Austri. Ubi sunt illi/qui carnalem sequūtur intellectum? Qui sunt isti reges nisi qui a temporibus alexandri vsqȝ ad finem temporum ⁊ annorum cōfligunt. Et nunc redite vel sero preuaricatores ad cor. Sed ⁊ vos electi Dei accipite arma lucis: qr iam preparata est multitudo diaboli: iam ꝑcones eius circūquaqȝ discurrunt ⁊ nihil superest/nisi pugna. Nec sufficit ꝙ gentes īfideles parate sunt vndiqȝ contra nos nisi etiam aduersus regem austri multi de christiano populo/⁊ vere multi consurgunt. Inde patareni/inde malefici/inde falsi christiani/⁊ multi alij. abundat ecce iniquitas: ⁊ frigescit charitas multorum. Et sciendum ꝙ in primis tēporib⁹ preliatus est diabolus in mēbris suis: in extremis v̇o temporib⁹ preliabitur in illo qui erit caput ⁊ princeps omnium reproborum/in quo ⁊ habitabit specialius/ac si in vase ꝓprio per seipsum vt malum quod princeps demonnz nequiuit explere/ipe quasi magnus ⁊ potēs expleat in furore fortitudinis sue. Sequitur. filij quoqȝ preuaricatorum populi tui extollentur vt impleant visionez ⁊ corruent. Credentes se iudei recipere regez Christum: recipient antichristū. Auctoritas hec euangelij est/⁊ christi qui dicit. Ego veni in nomine pa- Joā. 5.
tris

tris mei ⁊ non recepistis me. Si alius venerit in nomine suo/ ipsum recipietis. Sed ⁊ patres in hoc ipso conueniunt. Quod si verum est: cum rursum vex sit iudeos conuerti oportere ad fidē christi: quid aliud datur intelligi/ nisi q2 post aduentum antichristi relinquetur tempus iudeis vt conuertantur ad deum. Quāuis ex parte aliqua ⁊ prius q̄3 ille veniat cōuertendos esse credamus. Sequitur ⁊ veniet rex aquilonis ⁊ comportabit aggerē ⁊ capiet vrbes munitissimas ⁊ bracchia austri nō sustinebūt. Siue s̄m litteram vrbes capiet / siue s̄3 spiritū/ nominatas ecclesias. Nō enim erit tanta fortitudo eo tempore christianis/ vt tam aduerse fortitudini resistere possint. Unde ⁊ mox subditur: ⁊ surgent electi eius ad resistendū: ⁊ non erit fortitudo. Ecce iā aperitur mysterium cum nomen iter ponitur electorum. Et faciet inquit. Quid est/ ⁊ faciet? illd quod sequit̄. Ueniet super eum iuxta placitū suū: ⁊ non erit qui stet contra faciem ei9. Et stabit in terra iclyta vt consūmetur in manu eius: hoc est illud quod in alia visione scriptū est. Supra q̄3

cap̄.8. credi potest vniuersa vastabit. Et ponet faciem suam vt veniat ad tenendum omne regnum eius. Cuius regnū? christi ⁊ romane ecclesie. Et recta faciet cum eo: subauditur / simulans iustitiam quam non habebit: ⁊ filiā3 feminaꝝ dabit illi/ vt euertat illud: hoc est blanditiem ⁊ voluptatē3 carnis. Mulieres nāq3 non viribus sed blāditijs/ ⁊ voluptate ꝓsternūt.

3ᵃ re.11. Deniq3 ⁊ de Salomone scriptū est/ euertisse mulieres cor eius. Uerum tamen inquit: non stabit nec illius erit. Subauditur. Quia ⁊ hoc Christus patitur impugnari/ non tamē illud penitus expugnari permittit. Et conuertet faciem suam ad insulas ⁊ capiet multas: siue ad litteraз maris insulas: siue in spiritu diuersas ecclesias: que quasi maris insule in mundo confligunt. Et cessare faciet principem opprobrij sui/ ⁊ opprobriū suum conuertetur in eum. Princeps opprobrij sui Christus est qui primo vicit illum/ quem quodammodo cessare faciet a predicatione/ ⁊ regno sicut in die illo quo occisus est a iudeis. Uerumtamen quia nec sic poterit ex toto obtinere regnum ecclesie conuertet faciem suam ad imperium terre sue/ vbi ⁊ recipiet ex parte fructus operis sui. Nam impinget inq̄t ⁊ corruet ⁊ non inuenietur. Et stabit in loco suo vilissimus ⁊ indignus de core regio. Et in paucis diebus consumetur non in furore nec in prelio. Et stabit in loco eius despectus ⁊ nō tribuetur ei honor regis. Hoc qualiter accidat tunc sciri poterit cum cōtinget. Sequitur: post hec veniet clā ⁊ obtinebit regnū3 in fraudulentia: percutiet enim fedus cum populo instinctu cuiusda3 qui erit dux federis ⁊ mediator concordie. Ubi autē viderit redditū3 sibi regnum/ ilico mouebit atrocissimam pugnam: de qua ⁊ mox subditur. Bracchia pugnantis expugnabuntur a facie eius/ ⁊ cōteretur insuper ⁊ Dux federis. Non solum inquit populus fidelis: sed ⁊ il le qui erit dux federis conteretur ab illo. Nam post amicitiam inquit faciet cum eo dolum. Ascendet ergo ⁊ faciet cum eo dolum ⁊ superabit in modico populum. Abundātes ⁊ vbe res vrbes ingredief/ ⁊ faciet que nō fecerunt patres eius/ ⁊ patres patrū eius. Rapinas predas ⁊ diuitias eorum dissipabit/ ⁊ contra firmissimas cogitationes hinniet / ⁊ hec vsq3 ad tempus. Et hec quidē faciet in multitudinem populorum vt monarchiā totius mūdi valeat obtinere. Quod

vo ait: et hoc usq; ad tempus: dat itelligi q in anno vno suprascripta cótingant. Ex eo. s. loco vbi dicitur: et in fine temporum et annor. Cap. 116m.

Et concitabitur fortitudo eius et cor eius aduersum regem Austri et veniet aduersus eum cú exercitu magno. De huius exercitus magnitudine scriptum est expressius in Johele propheta: populus magnus et fortis et similis ei non fuit a principio. Et post eum nó erit vsq; in annos generationis et generationis. Hic igitur erit exercitus ille magnus/cum quo veniet diabolus in membris suis contra regnum ecclesie collectus. s. ex omni multitudine reproborum. Sed et rex austri christus. s. in membris suis prouocabuntur ad bellum multis auxilijs et fortis nimis. Ueramtamen ait: non stabút qr inibút aduersus eum consilia/comedentes panes cum eo conterent illum exercitum: qr opprimétur et cadent interfecti plurimi: erit auté hoc vt compleatur adhuc plenius in mébris quod processit in capite: homo pacis mee in quo speraui qui edebat panes meos/magnificauit super me supplantationem. duorum quoq; regum cor erit vt malefaciant: et ad mésam vnam mendacia loquétur et nó proficiunt. Quia adhuc finis in aliud tempus: duo reges isti qui sint nescitur/nisi forte vnus sit ille qui dicitur cornu vndecimú princeps. s. bestie et decé regum. Alius qui principatur in pseudo prophetis. Quod auté dicit et nó proficiet: qr adhuc finis in aliud tempus: si tépus (vt iam dixi) accipiendum est hic pro anno. Secúdo qq; anno terminum hic positum esse docet. Sequitur: et ne vertetur in terram suam cum opibus multis: et cor eius aduersus testamentum sanctú. Quare hoc? qr exosum habet mandatum dei et legem christianorum: et faciet inquit et reuertetur in terram suam: faciet malum quod poterit. et reuertetur in terram suam: hoc est ad locum propinquum in quo erit sedes eius. Statuto vo tempore reuertetur et veniet ad Austrum et non erit priori simile nouissimum. Ueniet ad Austrum: qr insurget contra ecclesiam. Que fláte dei spiritu ardet igne charitatis: et nó erit priori simile nouissimú/qr sequés tribulatio faciet obliuisci prior. Supra modú enim erit imanis tribulatio illa. Sequitur. Et venient sup eum trieres et romani et percutietur et reuertetur. Utrú spiritualiter an corporaliter/interim in dubium relinquetur. Uerum ipse ex eadem pcussione quá patietur in mébris suis magis exardescet in ira: et furor eius aduersus dominú et aduersus Chrm eius. Nam seqtur. Et indignabitur contra testamétum sanctuarij: et faciet. Indignabitur inquit et faciet: qr proficiet dolus in manu eius. Seqtur. Reuertetur q; et cogitabit aduersus eos qui dereliquerunt testamétú sanctuarij et bracchia ex eo stabunt. Idcirco cogitabit aduersus apostatas christianos qui negabunt nomen christi. Quia cum possint tradere ecclesiá dissimulabút plus enim terrore qz voluntate negabunt. Stabunt tamé interim aliqua bracchia de sanctuario dñi. Porro hij quos negare continget polluent sanctuariú fortitudinis: idest romáe fidei fundamentum: et auferent iuge sacrificiú: et dabunt abominationé et desolationé. Impij enim in testm simulabunt fraudulenter et ipsi contaminabút ecclesiá. Deficiet ergo sacrificiú et oblatio: destruetur ordo ecclesie/ita vt non sit aliquis in multitudine populi qui libere audeat inuocare nomen domini. Uerútamé populus sciens dñm deum suum obtinebit et faciet

Margin: cap. 2. — ps. 40.

faciet: & lz fugatus & exulatus in mō-
tibus: fidē tamen christi non derelin
quent. Docti enim in populo doce-
bunt plurimos. Erunt autem in indi
gnatione & in flāma & in rapina die-
ruz. Cūqz corruerint: subauditur alij
corpore: alij quod deterius est/spiri-
tu subleuabūtur auxilio paruulo. Cū
vo ceperint subleuari / applicabūtur
eis plurimi fraudulenter. Sicqz deci
pientur calliditate diaboli/vt etiā de
eruditis ruant. Ut si fieri possit in er-
rorē ducantur etiā electi: vt conflent
& eligantur & dealbentur vsqz ad tē-
pus pfinitum. Quia post hoc tēpus
aliud tempus erit. Qd dicit aliud tē-
pus erit/annus tertius credit vel pu
tatur. Sed melius iterim putatur qz
creditur. Nota prudens lector ordi-
nem visionis & vide qz clarum sit qd
in principio videbatur obscurum. A
principio nāqz putabatur fieri sermo
de duobus regibus paganis. Et ec-
ce nūc habemus testamētum sanctū
& electos & sanctuariū & alia quedā
que regem austri & regem aquilonis
Christū & antichristum deum & dia-
boluz esse docent. Sequitur. & faciet
iuxta voluntatē suam Rex aglonis &
eleuabit & magnificabitur aduersus
omnem deum/ & aduersus deum deo
rum loquetur magnifica & dirigetur
donec impleatur iracundia: hoc est il
lud quod apostolus dicit. Qui extol
lit & aduersatur supra oē qd dicit deꝰ
scde ad thes.2. aut qd colit: ita vt in tēplo dei sedeat
Ondens se tanqz sit deus. Un & hic
subdit: ppetrata est qppe diffinitio: &
deū patrū suorum nō reputabit & erit in
cōcupiscētijs feminarum nec qcqz deo-
rū curabit: deū aūt fortitudinū in lo-
co suo venerabit: deū quem ignora-
uerunt patres eius tollet & colet illud
auro & argēto & lapide pcioso rebusqz
pciosis. Et faciet vt muniat moazim
cum deo alieno quē nō cognouit: si-
cut sermo qui habitus est de rege au
stri translatus est ad plantationē que
stetit de semine radicis eiꝰ/ita vt ipa
plantatio rex austri diceretur & esset:
haud dubiū: qꝛ p mysteriuz assumpte
humanitatis in deum/ita sermo ha-
bitus de rege aquilonis translatꝰ est
ad antichristum. Cui multa conueni
re possunt tanqz vero hoi & ex hoie
nato. Que serpenti illi antiquo qui
dictus est diabolus non conueniunt.
Quod ergo dictū est i hoc loco de re
ge aglonis: nō ad ipsum antiquū ho
stem simpliciter referēdū est: sed ma-
gis ad antichristū. In quo/ quasi in
domo ppria ipse diabolus habitabit.
Et quod dicit: deuz autem fortitudi
num Moazim in loco suo venerabi
tur/fieri pōt. vt sicut enim Impera-
tor constituit statuam quā pcepit ve-
nerari in memoriā suā: ita faciet etiā
ipse/constituit prophanum idolū ad
honorem diaboli & suiipsius. Colet
enim diabolum in deum/vt ipse pa-
riter colatur cum ipso. Et notanduz:
qꝛ in eo quod ait: & deum quē ignora
uerunt patres eius colet. Aperte da-
tur itelligi qꝛ filius erit hominis chri
stiani: iuxta illud Joānis euāgeliste/
ex nobis pdierunt: sed nō erāt ex no-
bis. Etsi diuersi diuersa opinentur & 1.Jo.2.
dicant: & hec quidem faciet ad glo-
riam diaboli & suiipsius. Cap.117m.

Cetex de glia mēbrorum suorum
& d plio qrti tpis qd ceteris
pceūtibꝰ dabit finē: psequēt
adiūctū ē & mltiplicabit gliā
& dabit eis & diuidet terrā gtuito & i
tpe pfinito pliabit aduersus eum rex
austri & qsi tēpestas vēiet c illū. Rex
aglonis i curribꝰ & eqtibꝰ & i classe ma
gna & igrediet fras & pteret & ptran
siet & itrabit i frā gliosā & mlti corru
ent: hee āt sole saluabūt d manu eiꝰ.
Edom & Moab: & pnm filiorum āmon:
& mittet manuz suā in terras & terra

egypti non effugiet / ⁊ dominabitur thesaurorum auri ⁊ argenti / ⁊ in omnibus preciosis Egypti: per Libyas quoque / ⁊ Ethiopias transibit / ⁊ fama turbabit eum ab oriente ⁊ aquilone / ⁊ veniet in multitudine magna vt conterat / ⁊ interficiat plurimos / ⁊ figet tabernaculum suũ apud domin inter maria super montem inclytum ⁊ sanctũ: ⁊ veniet vsq; ad summitatem eius ⁊ nemo auxiliabitur ei. Hec omnia vtrum ad litterã complenda sint an in spiritu: vtrum pars ẽm litteram ⁊ altera ẽm spũm. videant illi qui presentes erunt. Et quorum auditui vexatio dare poterit intellectum. Creditur autem ꝙ tẽpus prefinitum de quo ait: ⁊ in tempore prefinito preliabitur aduersus eum rex austri ipsum sit dimidium tẽporis / in cuius consummatione cessabit imperiũ antichristi. Sequitur. In tempore autez illo consurget michael princeps magnus qui stat pro filijs populi tui: ⁊ veniet tẽpus quale non fuit ex eo ex quo gẽtes esse ceperunt vsque ad tempus illud. Michael princeps populi domini Romanus pontifex est / qui ita manebit in discrimie / quo modo Mardocheus sub Aman. Aut sicut Judas maccabeus in dieb⁹ Antiochi. Quibus peractis ⁊ sopitis / ac si de monumẽto consurget. Et veniet inquit tempus / quale nõ fuit / ex quo homines esse ceperunt vsq; ad tempus illud / quale tempus? bonum bonis: ⁊ malum malis. De quo videlicet tempore subsequenter adiungitur. Et in tẽpore illo saluabitur populus tuus / omnis / qui inuentus fuerit in libro vite scriptus. Cum superius dicat filij preuaricatorum populi tui: extollentur vt impleant visionem ⁊ corruent / quid est / ꝙ modo salus electis iudeorum promittitur / nisi quia per acta illa tribulatione plenius conuertentur ad deum? Si quis autem post tribulationem istam / mox sequi extimat finem mundi: ⁊ non potius finem temporuz laboriosorum pro eo ꝙ sequitur. Et multi ex hijs qui dormiunt in terre puluere euigilabunt. alij in vitam eternam / alij in opprobriũ / vt videant semper. videat non esse sententie alicuius doctoris: nec propter verbum istud esse hoc absurdum putandum: quia ⁊ plerunq; simul dicitur / quod non simul fit. Sequitur. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti / ⁊ qui ad iustitiam erudiunt multos / erunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Quare istud? quia sanctis qui in illo tempore futuri sunt / nuda erunt omnia ⁊ manifesta. Non eniz erit adhuc tempus lie laboriose que est lippis oculis: sed tempus Rachelis venuste faciei ⁊ decori aspectus. Jam enim videre incipient facie ad faciem / ea que antiqui patres nostri viderunt per speculum in enigmate: quia iam deleta erit iniquitas in populo di / ⁊ statuta iustitia sempiterna: quia iam regnabunt sancti dei / ⁊ deleti erunt impij a facie terre. Jn tempore quoq; illo dicetur veraciter ab electis / quod in psalmo cantauim⁹.
Hec dies quam fecit dominus: exultemus ⁊ letemur in ea. Et quamuis ps. 117
hoc proprie de die vel tempore octauo dictũ sit: tamen ⁊ de septimo non incongrue dici potest: quia scriptum
est. Benedixit diei septime / ⁊ sanctificauit illum. Hunc etenim diem in Gen. 1.
tuebatur propheta quando dicebat.
Gaudium onagrorum pascua gregum donec effundatur super nos spi Jsa. 32.
ritus de excelsis. Et erit desertum in Chermel ⁊ habitabit in solitudine / iudicium ⁊ iustitiam in Chermel sedebit. Et erit op⁹ iustitie pax ⁊ cultus

tus iustitie/ silentiuz ꝛ securitas vsq; in sempiternum: ꝛ sedebit populus meus in pulchritudine pacis / ꝛ in tabernaculis fiducie/ ꝛ requie opulenta. Gaudium inquit onagrorum pascua gregum donec effundatur super nos spiritus de excelso. Cōsummato tempore quadragesimali/ qđ reputatur in sextum diem: sequitur tempus paschale in quo effusum est super apostolos donum spiritus sancti in ipso scilicet die pasche qui cuz septem hebdomadis suis reputatur in sabbatum lʒ sollennius ꝛ plenius in die pentecostes. Quia videlicet consummato hoc tempore laborioso quod dicitur sexta etas/ hoc est ab aduentu primo domini vsque ad ruinam antichristi/ seqtur quasi tempus paschale/ quod reputabit in sabbatum: in quo abundantius effundetur super electos dei spiritus de excelso. Et erit pax ꝛ veritas in vniuersa terra. Gaudium ergo onagrorum sunt pascua greguz donec effundatur super nos spiritus de excelso. Quia tamdiu viri spirituales qui designantur in onagris gaudent in pascuis scripturarum/ quamdiu abundantiam illam spiritus non habent. Cuz autem aduenerit tempus illud superueniente illa plenitudine huiusmodi studia ꝛ labores cessabunt. consummabitur quoq; in illa die id quod ipsemet dicit/ ꝛ alius propheta post ipsum. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium: ꝛ eleuabitur super omnes colles/ ꝛ fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi ꝛ dicēt. Uenite ascendamus ad mōtem domini/ ꝛ ad domum dei Jacob: ꝛ docebit nos vias suas / ꝛ ambulabimꝰ in semitis eius. Quia de syon exibit lex/ ꝛ verbum domini de hierusalem: ꝛ iudicabit gentes

Jsa. 2.

ꝛ arguet populos multos: ꝛ conflabunt gladios suos in vomeres/ ꝛ lāceas suas in falces. Nō leuabit gēs contra gentem gladium/ nec exercebuntur vltra ad prelium. Jn die illa complebitur ſm totū prophetia Hieremie que completa est ſm partem in aduentu saluatoris dicentis. Ecce dies veniunt dicit dominus/ ꝛ feriam domui israel/ ꝛ domui Juda fedus nouum: non ſm pactum quod pepigi cum patribus eorum in die quando apprehendi manum eoruz/ vt educerem eos de terra egypti/ pactum quod irritum fecerunt. Et ego dominatus sum eorum dicit dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo israel post dies illos dicit dominus. ¶ Dabo legem meam in visceribus eorum/ ꝛ in corde eorum scribam eaʒ. Et ero eis in deum/ ꝛ ipsi erunt mihi in populuz/ ꝛ non docebit vir proximum suum/ ꝛ vir fratrem suuz dicens: cognosce dominum/ quia omnes: cognoscent me a minimo vsq; ad maximum eorum ait dominus: quia propitiabor iniquitati eorū ꝛ peccati eorum non memorabor amplius. Hoc est enim illud quod apostolus ait. Cecitas ex parte contigit in israel donec plenitudo gentium intraret: ꝛ sic omnis israel saluus fieret. Scriptum est. Ueniet ex syon qui auertat ꝛ eripiat impietatem a Jacob/ ꝛ hoc a me illis testimonium. Cum abstulero peccata eorum. De hoc tempore ꝛ de hac conuersione israel Ezechiel quoque dicit. Cum sanctificatus fuero in vobis coram eis tollam quippe vos de gentibus/ ꝛ congregabo de vniuersis terris / ꝛ adducam super vos aquam mundam/ ꝛ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris/ ꝛ ab omnibus idolis vestris mundabo vos/ ꝛ dabo vobis cor nouum/ ꝛ

Cap. 31

ad ro. 9.11.

cap. 36

spiritum nouuz ponam in medio vestri. Et faciam vt in preceptis meis ambuletis/ ꝛ iudicia custodiatis / ꝛ operemini/ ꝛ habitetis in terra quā dedi patribus vestris/ ꝛ eritis mihi in populum/ ꝛ ego ero vobis in deum: ꝛ lauabo vos ab vniuersis iquinamentis vestris: ꝛ vocabo frumentum/ ꝛ multiplicabo illud/ ꝛ non imponam famem vobis/ ꝛ multiplicabo fructum ligni/ ꝛ genimina agri/ vt non portetis vltra opprobriuz famis in gentibus / ꝛ recordabimini viarum vestrarum pessimarum studiorumqꝫ non bonorum. Et displicebunt vobis scelera vestra/ ꝛ iniquitates vestre. Et post aliqua. Ecce ego cap.37.
assumam filios Israel de medio nationum ad quas abierunt: ꝛ congregabo vos vndique/ ꝛ adducam eos ad humum suaz. Et faciam eos gentem vnam in terra in montibus israel. Et rex vnus erit omnibus imperans/ ꝛ non erunt vltra due gentes nec diuidentur amplius in duo regna. Et seruus me⁹ rex Dauid sup eos ꝛ pastor vnus erit oium eorum. in iudicijs ambulabūt meis: ꝛ mandata mea custodient/ ꝛ facient ea. Et habitabo super terram quā dedi seruo meo Jacob: in qua habitauerunt patres vestri: ꝛ habitabunt super eam ipsi/ ꝛ filij eorum/ ꝛ filij filiorum eorum vsque in sempiternum: ꝛ Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum/ ꝛ percutiam illis fedus pacis pactum sempiternum erit eis. Et fundabo eos ꝛ multiplicabo ꝛ dabo sanctificationem meaz in medio eoruz in perpetuum: ꝛ erit tabernaculum meuz in eis: ꝛ ero eis deus: ꝛ ipsi erunt mihi in populum. Hec omnia ſm ꝙ scripta sunt / consummationem accipient: excepto ꝙ terra que promittitur eis/intelligenda est sancta mater ecclesia / ꝛ Rex Dauid Christus Jesus cui competit regnare in regno sanctorum/ qui solus pro eis moriens: de peccatoribus sanctos ꝛ iustos fecit. Uerum dañ.12.
hec omnia dicta sunt: vt sciremus quanta sit felicitas illius status / in qua fulgebunt qui docti erunt/ quasi splendor firmamenti/ ꝛ quasi stelle in ꝑpetuas eternitates. Cap.118ᵐ.

SEquitur autez in prescripta visione. Tu autem Daniel claude ꝛ signa librum vsqꝫ ad tempus statutum. Pertransibunt plurimi: ꝛ multiplex erit scientia. Et vidi ego Daniel. Et ecce quasi duo viri stabant. Unus hinc super ripam fluminis. Et dixi viro qui indutus erat lineis/ qui stabat sup aquas fluminis. Usquequo finis horum mirabilium: ꝛ audiui virum qui indutus erat lineis qui stabat super aquā fluminis/ cum leuasset dexteram ꝛ sinistram suam in celum ꝛ iurasset per viuentem in eternum. Quod in tēpus ꝛ tempora/ ꝛ dimidium temporis: ꝛ cum completa fuerit dispersio manus populi sancti complebuntur vniuersa hec. Uerba hec Danielis vltima/ ita a lectore huius operis pēsari vellem/ vt quicquid a principio huius operis vsque huc late diffuseqꝫ contulimus sub vno quambreui coartaremus sermone. Nihil eni nos aliud intimasse credimus / nisi hoc quod sonat versiculus ille: in tēpus ꝛ tempora/ ꝛ dimidium temporis omnium istorum mirabilium finem. Sed ꝛ sermones signati vsque ad tempus statutum: hoc est vsque ad sextum signaculum: quia sicut iā per multas vices nos dixisse meminimus in hijs quadragintaduabus generationibus septem signacula cōtinentur / nihilqꝫ est aliud dicere: dañ.12.
in tempus/ ꝛ tempora/ ꝛ dimidium temporis complebuntur omnia mirabilia

rabilia eius q̃ʒ illud quod sub sexto
Apo.10 angelo tuba canente alter angelus/
aut forte vnus ⁊ idem ait: tempus
iam non erit amplius/sed in voce se
ptimi angeli cum ceperit tuba cane-
re consummabitur mysterium dei.
O mira concordia sub sexto signa-
culo legitur angelus iurasse hoc in
veteri. Et sub sexti apertione in no-
uo: ⁊ lʒ diuersis verbis vnam tamē
protulere sententiam. Daniel nanqʒ
dicit: dixi viro qui indutus erat line
is qui stabat super aquam fluminis/
vsquequo finis horum mirabilium.
Et audiui virum qui indutus erat li
neis qui stabat super aquam flumi-
nis. Cum leuasset dexteram ⁊ sini-
stram suam in celum / ⁊ iurasset per
viuentem in eternum/quia in tem-
pus ⁊ tempora/⁊ dimidium tempo-
ris. Joānes v̇o sic. Et angelus quē
vidi stantem supra mare: ⁊ super ter
ram leuauit manum suam ad celum
⁊ iurauit per viuentem in secula se-
culorum qui creauit celum ⁊ ea que
in eo sūt/quia tempus amplius non
erit. Sed in diebus vocis septimi an
geli/cuʒ ceperit tuba canere consum
mabitur mysteriuʒ dei/sicut euange
lizauit ꝑ seruos suos ꝓphetas: nunc
igiť considerare est diligenter ꝙ nu-
merus iste in septem signaculis con
tinetur/ita vt non sit amplius tem-
pus consummandi alicuius myste-
rij/sed consummabuntur omnia in
diebus vocis septimi angeli. Sane
reliquum tempus erit pacis. Si que
ris dierum numeruʒ/ non est meum
dicere/neque scire quod nobis da-
tum est hoc soluimus. signati fuerūt
sermones quos numerus iste conti-
nebat. Sufficit nobis ꝙ hijs diebus
etsi indignis meritis/saltem ex par-
te aliqua ceperint aperiri. Nec for-
tuitu hoc siue frustra: sed quia nulli
fuit hominuʒ generationi/sicut hijs
temporibus necessarium. Nam ⁊ li-
ber quem beatus Joannes clausuʒ
viderat in pricipio/in manu sexti an
geli designatur apertus. Nec preter
intelligentie ordinem ille angelus si
ue vir qui iurauit sub sexto tempore
dixit/quod clausi erant ⁊ signati ser
mones vsque ad tempus prefinituʒ
ipse aut eius similis si tamen nō ipse
est christus hoc in sexto tempore ⁊
ipse in manibus librum fert apertū.
Virtus autē (vt iaʒ diximus) huius
numeri in septēnario cōsistit/⁊ plus
habet virtutis q̃ʒ exprimere lingua
possimus. Namqʒ vt supra scripsimꝰ
in hoc opere ab Adam vsque ad Ja
cob fuere generationes. 21. a Jacob
v̇o vsque ad christum generationes
quadragitadue. Similiter ab Ozia
vsque ad christum generationes. 21.
⁊ a christo vsque ad tempus huius
tyranni / sicut nostra tenet opinio/
quasi quadragintadue. Iste quadra
gintadue generatōes tricenarij sunt
annorum/⁊ dicuntur menses qua-
dragintaduo siue dies. 1260. siue tē-
pus ⁊ tempora/⁊ dimidium tempo
ris. Iste quadragintadue generatio
nēs que spiritales sunt/non fuerunt
scripte in libris/quia future erant eo
tēpore quo condita fuit scriptura no
ui testamenti/sed ꝓ eis posuit Mat.
generatiōes q̈dragintaduas ꝺm car
nem. Sunt autem ab Adam simul
omnes/vsqʒ ad annum millesimum
ducentesimum incarnationis domi-
nice generationes/cētum quinque:
q̃ʒuis due vltime incerti sint tempo-
ris ⁊ momenti. Sane concordia nul
la inueniri potest sine numero isto ꝗ
continet in se tempus ⁊ tempora ⁊
dimidiuʒ tpis: hoc est generationes
42ᵉ. Ut eni non pigeat cōpilare que
in secūdo libro huius opis satis est Gen̄. 3.
plixe digestum. ab Adā vsqʒ ad ama 2. para.
siā gn̄atiōes sunt quadragintadue. 26.

⁊ ideo in Ozia qui est q̄dragesimus tertiꝰ requirēda est concordia ab Adam. Nam Adā qꝛ voluit assimilari dijs percussus lepra peccati/expulsus est de gaudijs paradisi. Ozias quia vsurpauit officiū sacerdotij elephantino morbo percussus de domo Domini expulsus est. Eua prima parens corrupta suggestiōe serpentis / genuit corruptionis filios. insurrexerunt alter in alterum: ⁊ impius occidit inocentem. In diebus quoqꝫ Ozie fuit in Italia Rea syluia virgo carne non spiritu/que nouissime stuprata peperit geminos: ⁊ pari modo vt Caim Abel/primus tradit interfecisse secūdū: ibi ergo inchoata est babylon pria. Hic initiata est secūda. Nam primus lapis Babylonis Caim: ⁊ si tempore alio inchoata sit hystoria Babylon/illa scilicet que cemento ⁊ lapidibus constructa est. Illa enim Babylon temporalis fuit ⁊ hominem habuit fundatorem: que autem visura est confusionē eternā a patre mendacij qui ab initio homicida/fundata est: ⁊ ideo que esset primus lapis ipsius / hominem reperit homicidam. ¶ Plebs illa electorū antiqua que significata est in Sara/ dicitur in spiritu Hierusalem: ⁊ nihilominus ecclesia gentium significata in Rebeccha: ⁊ tamen vtraqꝫ simul vna Hierusalē. Sic multitudo reproborum ab initio temporum vsqꝫ ad Christum dicenda est Babylon. Et multo amplius innumera multitudo falsorum christianorꝫ ⁊ tamen vtraqꝫ simul vna Babylon. ¶ Secundum vō concordie terminū requirit Sem filius Noe. Sub quo factū est generale diluuium. Ab hoc vō vsqꝫ ad Salathiel/generationes q̄dragintadue quibus completis ⁊ generatiōe quadragesimatertia inchoata inundauit diluuium nationum medorum: scilicet ⁊ persarum ⁊ aliarum gentium a quibus obruta est fornicaria Babylon/sicut absorti sunt a diluuio fornicatores prime etatis. ¶ Tertiam cōcordiam requirit Jacob qui genuit duodecim patriarchas/ab hoc vsqꝫ ad Joseph generationes quadragintadue. Inchoata vō quadragesimatertia natus est Christus qui ⁊ ipse duodecim apostolos spiritualiter genuit. ¶ Quartam concordiam requirit Dauid sub quo sublimata est in regnum Hierusalem: ab hoc vsqꝫ ad tēpora Constantini generationes quadragintadue: inchoata vō generatione quadragesimatertia sublimata est in regnū noua Hierusalem: sancta.s. romana ecclesia que ē mater omniū fidelium ⁊ ecclesiarum. ¶ Quintam concordiam requirit Azarias qui ⁊ Ozias: binomius enim erat ⁊ ab ipo vsqꝫ ad Christum duplex est causa cōcordie. Sub hoc assyriorū reges ceperunt depopulari decem tribus: ab hoc vsqꝫ ad tempora Eradij generationes quadragintadue. Inchoata vō quadragesimatertia ceperunt exire saraceni de finibus suis ⁊ ecclesias grecorum que erant in egypto ⁊ Hierusalem in circuitu in confusione redigere. ¶ Sextam concordiam regrit Sedechias ⁊ Jechonias in trāsmigratione Babylonis. Circa quorum tempora apparuerunt visiones Danieli: ⁊ secuta sunt omnia mala q̄ in pria ꝯcordia enumerauimus: hoc est percussio babylonis: ⁊ tribulationes ille quas continet liber Judith ⁊ Hester: exinde vsqꝫ ad tempora ista generatiōes quadragintadue salua ratione quā supra scripsimus de generationibus decē quas vetꝰ tacuit testamentum: hoc est ab Abiud vsqꝫ ad Joseph. Nimirum qꝛ quod ibi tacetur/ concordiam cū nouo habere non potest. Ita enim ſꝫ hoc existimā

dus est Zorobabel q̃si si sub ipso christus veniret in mundū. Nunc ergo quadragesima agitur gñatio: ꝛ ideo tempus statutū est/in quo clausi aperiantur sermones. Quod si non negauit ille: qui dixit esse apiendos sermones: sed tempore statuto aperiendos videat qui iudicat de corde ꝛ dicit ipossibile/quod possibile veritas esse promittit: ne forte si omnes taceant q2 nō creditur esse datum/inueniat nos repētina dies illa sicut ꝛ ceteros/ꝛ inuoluat pariter reprobos ꝛ electos. Uerumtamen ꝛ si aliqui audire nolunt/non ideo tamen tacere debeo ne loquar quod loquendū accepi. Quin potius quo surdiores sūt aliqui eo altius clamare compellor/ vt ipsi potius q̃ȝ ego erubescant in fine. ¶ Dico enim ergo o fideles ꝛ securus hoc dico. Numerus iste tā sollennis/citius q̃ȝ putatur consūmationem accipiet. Non est amodo ꝙ expectare debeatis cōfugiat qui potest ad arcā priusq̃ȝ magni diluuij vorax aqua prosiliat de abysso: ꝛ apertis cataractis celi subita inundatio fiat. Et dicatis quid est hoc: ꝛ non sit qui respondeat: ꝛ queratis effugium / ꝛ non sit locus: ꝛ clametis ad dominū ꝛ nō sit qui eruat: ꝛ pulsetis ad ianuam/ꝛ non sit qui aperiat: effugiatis ad montes/ꝛ nō sit licentia transeūdi: finem itaq; libro/non ego ponam sed ipse sit/quem dominus posuit ħ est in tempus ꝛ tempora ꝛ dimidiū temporis: hoc quesiuimus a principio operis ꝛ ꝑuenimus vsq; ad ipm. Ultra hoc ꝓcedere in hoc opere nec oportet nec libet: hoc est enim tēpus ecclesie sub quo plenitudo temporū oportet ingredi: vt pariens filiū masculum ingrediatur in templum. Si autem queritis a me illud quod quesiuit Daniel ab eo qui sibi hec ostendebat: domie mi/quid erit post hec. Et beatus qui expectat ꝛ peruenit vsq; ad dies mille tercentos triginta quinque. Unū dico securius ꝙ hijs completis mysterijs septimus angelus tuba canet sub quo vniuersa que scripta sunt complebuntur sacra mysteria/ꝛ erit tempus pacis in vniuersa terra. de exhibendo vo mysterio huius numeri/nemo mihi molestus sit: nemo me vltra statutum limitem transire compellat: potens est enim deus clariora adhuc facere mysteria sua.

Cap. 119.

Consūmato vo hoc opusculo comitāte nos gratia christi hijs qui me ꝑsumptorem ꝛ non magis necessariū iudicant per modicum respondere cōpellor superne vtiq; charitatis intuitu non humane gratie appetitu sciēs scriptum esse in psalmorum volumine. Dominus dissipat ossa eorū qui hominibus placent: quoniam deus spreuit eos. Sciant ergo / ꝛ hoc oro vt sciant/non ex presumptione super ba: sed nec alicuius pietatis securitate/hec me attētare voluisse / aut mō hoc ingenio vt ista mundo loquerer inuenisse: sed q2 tempus prefinitum adest. Is qui per diuersa seculorum tempora multiplicia operatur ꝛ complet quo modo vult ꝛ quando vult mysteria secretorum suorū voluit in hoc opere necessarie magis q̃ȝ curiose/sermones diu significatos suis fidelibus aperire: non ꝙ digniores simus/q2 ista scimus: sed vt sciamus quāta sint nobis pro meritis preparata flagella: ꝛ si qs ē ex domo Loth festinet elongari a finibus Sodomorum. Si quis ex familia Noe recipiatur inter eos qui saluantur in arca. Sancti erant illi quibus dictum est: non est vestrum scire tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. Sed quid illis hoc scire pro-

derat/nisi ad aliquid scire: nobis autem quibus dictum est:cuz videritis hec fieri scitote qr prope est i ianuis/ nobis inqz qui videmus/ nō discipulis qui nō viderent:nec ad aliquā vanitatem datum est hec posse perpendere tanqz beatiorib⁹ ꝛ ad secretiora vocatis/vl' tanqz necessarie habētibus ꝛ ad hora tendentibus artiora iuxta illud quod legitur i psalmo. Dedisti metuentibus te significationem vt fugiant a facie arcus. Nō est ergo ꝙ affectemus laudes hominuz aut fauoris mercedem quod est impium cupere vel sperare/sed laboris nostri opera domino cōmisimus cōpensanda. Unum est:ꝙ lectorē meū si quis hec legere dignatur exoro:q̄tenus pro me omnipotenti deo/preces dignetur effundere copiosas/q̄tenus si me articulus dierum istoruz de quibus loquimur in carne repererit adhuc manentem/militiam bonā pro fide christi militare concedat: ꝛ vna cū Christi cōfessoribus qui tunc erunt/ad regna celestia peruenire.

Amen.amen.amen.

Venetijs completum fuit hoc
opus per Simonem de
Luere.13.Aprilis.
.1519.

Registrum.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l
m	n	o	p	q	r	s	t	v	x	y
ꝫ	aa	bb	cc	dd	ee	ff	gg	hh	ij	kk
ll	mm	Omnes sunt duerni.								